Ad II. Ici encore il y a controverse. Les uns n'admettent aucune différence entre la solennité et la fête même, en sorte que la solennité de Saint Jean-Baptiste, qui prime celle des Saints Apôtres, doit l'emporter même au jour de leur fête, quand elle tombe le Dimanche.

Les autres distinguent, et veulent que l'on diffère de huit jours la solennité de Saint Jean-Baptiste, quand elle coïncide avec la fête même des Saints Apôtres. Cette distinction repose sur la règle admise par la Sacrée Congrégation des Rites, dans l'occurrence de Saint Martin patron avec la Dédicace des Eglises. Lorsque la solennité seule du saint tombe au Dimanche de la Dédicace, on ne peut pas en chanter la messe votive. Mais une telle messe est permise, quand le Dimanche de la Dédicace arrive le 11 novembre [1], jour natal du saint Evêque. Nous n'hésitons pas à attribuer la préférence à cette seconde opinion [2]. Toutefois comme il reste du doute, il sera sage de questionner aussi la S. C. des Rites.

Ad III. Est-il vrai d'affirmer, sans nulle exception ou restriction, que l'encensement est toujours défendu aux messes chantées sans ministres sacrés ? Non certes, et nous trouvons une exception écrite en toutes lettres, dans le Cérémonial de Benoît XIII, pour les petites églises. C'est pour le vendredi saint. Le célébrant revenu au grand autel, verse hors du calice la sainte hostie sur le corporal, met du vin dans le

(1) Cfr. *S. R. C. Decreta*, v. *Occurrentia*, § 2, n. 1.
(2) Nous l'avons déjà enseignée au tom. II, pag. 729.

calice, et puis fait l'encensement avec les génuflexions voulues. Or cet encensement est requis dans les petites paroisses, aussi bien que dans les grandes, et quand le célébrant est seul. Cette exception doit-elle être étendue à d'autres cas, plus ou moins analogues, par exemple au cas où le Saint Sacrement est solennellement exposé ? Nous n'oserions l'affirmer. Cependant nous ne blâmerions pas celui qui croirait devoir encenser l'autel et le Saint Sacrement exposé à l'offertoire, voire même à l'introït.

Il en est de même pour le doute qui est ici proposé. Si l'encensement est autorisé à l'offertoire du vendredi saint, pourquoi serait-il interdit aux vêpres solennelles du samedi saint? Benoît XIII, il est vrai, ni aucun autre auteur ne fait mention de cet encensement ; mais ce silence des liturgistes ne prouve pas qu'il soit défendu.

Nous ne voulons ni approuver ni improuver l'encensement dans de telles circonstances, et à quelque parti qu'on s'arrête, il est facile de trouver de bonnes raisons pour justifier sa manière d'agir.

LETTRE DE LÉON XIII AUX ARCHEVÊQUES ET EVÊQUES DE SICILE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

AD ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS IN REGIONE SICULA.

Venerabilibus fratribus et dilectis filiis Archiepiscopis Episcopis aliisque locorum Ordinariis in regione sicula

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres et dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut multa audacter et insidiose ii susceperunt, qui de pernicie catholici nominis jamdiu cogitant : ita nominatim videntur decrevisse, vim quamdam popularis invidiæ in Pontifices maximos excitare. — Quod quidem ipsorum consilium quotidie magis illustratur et erumpit. Omnem enim occasionem vituperandorum Pontificum datam avide arripiunt, non datam studiose captant : incorruptis rerum gestarum monumentis posthabitis, fictos sermones dissipant : falsa crimina, tamquam venenata tela jaciunt, tanto effrenatiore ad audendum licentia, quanto est impunitas major. In qua male dicendi consuetudine aliud quippiam propositi inest, præter contumeliam : videlicet huc plane spectant homines improbi, ut e persona Pontificum Romanorum ad ipsum Pontificatum divinitus institutum contumelia perveniat, adductisque in contemptionem summis Ecclesiæ Principibus, Ecclesia ipsa, si fieri possit, opinione hominum judicioque damnetur. — Harum machinationum triste ad recordationem documentum extremo mense martio Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii,

Panormi vidistis. Nec tacita esse potuit indignatio vestra : significationem ejus luculentam et nobilem, qualem ab Episcopis expectari oportebat, ad Nos per litteras officii plenas deferendam curavistis. Profecto illæ injuriæ præter modum graves fuere, ut qui ex constituto Panormum convenerant, conjiciendis certatim probris in Pontifices Romanos visi sint convenisse. Ne ulla quidem verecundia religionis fuit, quam Siculi homines, ab avis et majoribus sancte inviolateque conservant, quæque est atrociter dictis lacessita, in quibus ipsam agrestem immanitatem nemo probus ferre æquo animo potuit. Quantus harum rerum inustus animo Nostro sit dolor, conjecturam ex dolore vestro singuli facite. Nihil enim tam lamentabile est, quam publice licere Ecclesiæ majestatem sanctitatemque nefarie contemnere ; nihil tam miserum, quam summorum Pontificum memoriam ab italis hominibus indigne violari.

Ea quæ Pontifices Romani pro salute Italiæ gesserunt, orbis terræ testimonio judicioque comprobantur, ita ut nihil sit, quod nomini Decessorum metuamus ab æquis et prudentibus viris. Verumtamen Nos in criminationibus, de quibus loquimur, valde commovit primum rei indignitas per se : deinde multitudinis minus eruditæ periculum, quæ facilius decipi et in errorem impelli potest.

Et sane magnus futurus est error, si in re judicanda sex ante sæculis gesta non ab his temporis moribusque nostris cogitatio avocetur. Respicere quippe opus est ad instituta et leges ejus temporis, maxime vero jus gentium, quo tunc viveretur, repetere. Exploratum est, quæcumque demum illius juris origo et indoles extiterit, temporibus illis plurimum in rebus etiam civilibus auctoritatem Romanorum Pontificum valuisse, idque non modo non repugnantibus, sed consentientibus libentibusque principibus et populis. Cumque optabile videretur Vicarii Jesu Christi patrocinium, non raro usu veniebat præsertim in Italia, ut ad eum velut ad parentem publicum confugerent civitates, eidemque sese in fidem sponte sua traderent et commendarent. Domina animorum religione, Apostolica Sedes perinde habebatur ac propugnaculum

justitiæ, et infirmiorum tutela adversus injurias potentiorum. Et hoc quidem cum magna utilitate communi : hac enim ratione factum est, ut Pontificibus auctoribus diremptæ sæpe sint controversiæ, sedati tumultus, sublatæ discordiæ, bella composita.— In hoc tamen magisterio populorum ac pene dictatura, nemo Romanos Pontifices jure coarguet imperii sui vel opes augere, vel fines proferre voluisse. Omnem potestatem suam illuc semper converterunt ut civitatibus prodessent : nec semel ipsorum opera et auspiciis Italia impetravit, ut vel externorum hostium propulsarentur incursiones, vel domesticorum adversariorum turbulenta ambitio frangeretur. Quam ad rem sapienter et opportune, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, commemorati a Vobis sunt Gregorius VII, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Innocentius IV, Decessores Nostri, qui exterarum gentium dominationem rebus italicis sæpius imminentem prudentia et fortitudine summa prohibuerunt.

Quod ad Siciliam vestram pertinet, fidei et pietati ejus in hanc Apostolicam Sedem paterna benevolentia Pontificum mutue cumulateque respondit. Revera ipsorum consiliis vigilantiæque non mediocri ex parte Siculi debent quod potuerint Saracenam servitutem effugere. Gratamque etiam et æquam libertatem ab Innocentio IV et Alexandro IV gens Sicula tunc impetravit cum, post Conradi Imperatoris obitum, summam imperii penes municipium esse placuit. Post autem si Clemens IV Carolum Andegavensem solemni ritu Siciliæ regem appellavit, cur Pontifex reprehendatur nihil est. Fecit ille jure suo, fecit quod e republica Siculorum magis esse judicavit, delatis imperii insignibus viro nobili et potenti, qui civicas res ordinare et exterorum ambitioni resistere posse videbatur : de quo viro vel ipsa maximarum virtutum domestica exempla sperare jubebant, fore ut juste et sapienter imperaret. Nec caussa est, quamobrem vel Urbano IV vel Clementi IV vitio detur, quod homo natione exterus regnum Siculorum capessivit. Etenim præterquam quod exemplis hujus generis nec antea carebat nec postea caruit historia, Siculi ipsi in potestatem externi principis illo eodem anno volentes concesserunt.

Simul ac vero se Carolus inflexit in dominatum injustiorem, maxime ministrorum vitio præcipitata in perniciosam partem republica, desiderata certe non est Romanorum Pontificum in admonendo caritas, in corripiendo severitas. Constat inter omnes, quot quantasque curas Clemens IV et Nicolaus III adhibuerint, ut hominem ad æquitatem justitiamque revocarent. Quorum providentia pervicisset fortasse obstinationem viri principis, nisi viam rebus novis cruenta multitudinis ira subito patefecisset. Post inhumanam illam cædem, cujus, ubi furor constitisset, ipsos puduit auctores, conscientia officii impulit Martinum IV, ut Siculos itemque Petrum Aragonium aliquanto severius pro merito ipsorum adhiberet. Nihilominus tamen eam severitatem et ipse Martinus et Honorius IV, Nicolaus IV, Bonifacius VIII lenitate et misericordia mitigarunt : iidemque non antea quiescere visi sunt, quam, omnibus iis controversiis per litteras legationesque compositis, Siculorum saluti et legitimæ libertati, quantum fieri poterat, consuluerunt. Quibus ex rebus manifestum est, quod Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, verissime dixistis, fautores injusti dominatus vel popularis invidiæ concitatores appellari Romanos Pontifices nisi per summam injuriam non potuisse. In quo quidem Decessores Nostri justioribus judicibus usi sunt iis ipsis hominibus Siculis, qui, recenti adhuc cæde, Sedem Apostolicam fidentibus animis implorandam censuerunt.

Hæc commemorare voluimus, ut de tot tantisque injuriis Ecclesiæ et Pontificatui Romano impositis querelas Nostras publice testaremur : eodemque tempore ut vos intelligeretis, gratas admodum accidisse Nobis communes litteras vestras, quibus easdem injurias summa voluntatum concordia Nobiscum pariter deploratis.

Apparent in iis litteris episcopalis vestigia virtutis, cujus gratia forsan ignoscentior posteritas erit eorum temeritati, qui nihil dubitarunt Romanum Pontificatum, hoc est nobilissimum et maximun Italiæ decus, incesto ore lacerare.

Ceterum ex hoc ipso magis ac magis perspicitis, quod superiore mense februario monuimus, quanta vigilantia providere oporteat

ut fides catholica in tanta iniquitate temporum apud Italos conservetur. Pergite itaque, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, fortiter pro juribus Ecclesiæ propugnare, mendacia improborum convincere, fraudes detegere, Siculosque universos in fide et amore retinere hujus Apostolicæ Sedis, unde iis, beneficio Apostolorum, christianæ sapientiæ lumen affulsit.

Divinorum munerum auspicem et præcipuæ benevolentiæ Nostræ testem Vobis, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, et populis curæ fideique vestræ concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXII Aprilis MDCCCLXXXII Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

I.

Dans le courant de l'année dernière nous avons reprodui le rapport du Secrétaire de la S. Congrégation du Concile, et la décision de la S. Congrégation qui le suivit dans la cause de notre cher et regretté collaborateur, le chanoine Falise[1].

Les frères Virili, avocats de M. Lafontaine, qui avaient fui le débat lors de la discussion de la cause au mois d'août 1881, obtinrent qu'elle fût traitée de nouveau et firent valoir, en faveur de leur client, les arguments suivants. La permutation des canonicats en question était simoniaque, et de plus elle n'a jamais été parfaite : ce fut une simple tentative, qui n'eut d'autre résultat que la résignation des deux bénéfices entre les mains de l'Évêque. Celui-ci conservait par conséquent le droit de les conférer légitimement et librement [2].

Qu'on ne dise pas qu'en vertu de la Bulle de Grégoire XIII, le droit de collation était dévolu au S. Siège. Car 1° l'Évêque avait rejeté la permutation endéans le mois utile [3]. 2° Le

(1) V. notre tome XIII, pag. 461.

(2) « Hinc, *lit-on dans leur plaidoyer*, si permutatio maneat intra limites simplicis contractus privata auctoritate attentati, nulla est et sine effectu uti permutatio : manet tantum renuntiationis effectus ex qua beneficia vacare dicenda sunt : novæ institutionis vis deficit deficiente auctoritatis consensu, proptereaque liberæ collationis beneficia redeunt, et Ordinarius potest quibuslibet conferre. » *Restrictus facti et juris*, n. 20, pag. 14. Cela pourrait être vrai, si la Bulle de Grégoire XIII n'avait, dans certains cas, réservé la collation au S. Siège ; or, on se trouve ici dans un de ces cas.

(3) *Ibid.*, n. 30, pag. 21. Le contraire résulte clairement des faits de la cause. V. notre tome XIII, p. 461.

terme d'un mois ne doit pas être pris physiquement, mais moralement [1]. 3° La Bulle de Grégoire XIII n'a jamais été publiée en Belgique, et par conséquent n'y est pas en vigueur[2]. 4° Le Concordat, du reste, ne laisse aucun lieu chez nous aux permutations [3].

De tout ceci il suit clairement que la nomination de M. Lafontaine était valide, et que c'est à tort qu'elle est contestée soit par le chapitre de la cathédrale, soit par l'héritière de M. Falise.

La S. Congrégation eut à se prononcer sur les deux doutes : 1° Doit-on maintenir la décision d'août 1881 ? 2° A qui doit-on restituer les fruits? Le 1er mars, le premier reçut une réponse affirmative, le second fut résolu en faveur du chapitre. En voici le texte :

I. An sit standum in primo et secundo loco decisis in casu?
Et quatenus affirmative :
II. Cujus favore fructus restituendi sint in casu?
RESP. AD I. In decisis, et amplius.
AD II. Favore Capituli, et amplius.

(1) *Ibid.*, n. 32, pag. 22. Cet argument a été réfuté d'une manière victorieuse par l'avocat de M. Falise. V. notre tome XIII, pag. 473.

(2) *Ibid.*, n. 33, pag. 23. Nous avons cité des faits qui doivent nous tenir en garde contre de semblables assertions. *Ibid.*, pag. 471, not. 2.

(3) *Ibid.*, n. 34, p. 24. Il n'y a pas un seul mot de notre question dans le concordat. — Les avocats de M. Lafontaine se prévalent, au n. 35, des paroles suivantes d'un professeur d'une Université de France : « La permutation faite en dehors de l'autorité épiscopale est absolument nulle, à raison du droit concordataire qui régit la Belgique comme la France, et qui a donné aux chapitres une organisation nouvelle très différente de l'ancienne. » Nous engageons les professeurs des Universités françaises qui voudraient initier leurs élèves à la connaissance de la législation canonique en vigueur en Belgique, à mieux l'étudier que celui dont les Avocats romains invoquent l'autorité dans le passage cité ci-dessus.

II.

LES ÉVÊQUES SONT OBLIGÉS D'APPLIQUER LA MESSE POUR LEURS DIOCÉSAINS TOUS LES DIMANCHES ET JOURS DE FÊTES SOIT CONSERVÉES, SOIT SUPPRIMÉES.

En présence de l'enseignement presque unanime des auteurs [1], concernant l'obligation des Evêques d'appliquer le saint sacrifice de la messe pour leurs diocésains au moins aussi souvent que les curés doivent le faire pour leurs paroissiens, il pourrait paraître étonnant qu'on eût encore soulevé des doutes à ce sujet. Cela est cependant arrivé.

En 1871, la S. Congrégation du Concile fut appelée à décider les deux doutes suivants, que lui avait renvoyés la S. Congrégation de la Propagande : 1° Les Evêques sont-ils obligés d'appliquer la messe pour leurs diocésains tous les dimanches et fêtes de précepte même supprimées ? 2° En cas de négative, quelle est et comment pourrait-on exprimer l'obligation qui incombe aux Evêques sur ce point ?

Le 28 février 1871, vu l'importance de la question, la S. Congrégation en différa la solution, et ordonna de prendre l'avis de trois consulteurs, et de recueillir les documents y relatifs existants aux secrétaireries des S. Congrégations des Rites et de la Propagande [2].

Les trois théologiens appelés à donner leur avis furent : le R. P. Ballerini, S. J., le R. P. Granniello, Barnabite, et le

(1) Aux deux auteurs cité par le P. Graniello, comme s'écartant du sentiment communément admis, on doit ajouter Fraxinelli : *De sacerdotum obligationibus etc.*, sect. III, Prænot. II, § II, n. 3.

(2) « Dilata et exquiratur votum trium consultorum, reassumptis ex Secretariis Congregationum S. Rituum et de Propaganda Fide omnibus ad rem facientibus. »

R. P. Masetti, Dominicain, bibliothécaire de la Casanate. Les deux premiers se prononcèrent pour l'obligation des Evêques. Le troisième, tout en reconnaissant qu'ils doivent quelquefois offrir le saint sacrifice pour leur troupeau, ne les regarde pas comme soumis à la même obligation que les curés.

Conformément à ses décisions antérieures [1], à celles de la S. Congrégation de la Propagande [2], et à celles de la S. Congrégation des Rites [3], la S. Congrégation du Concile décida

(1) Le P. Ballerini dans son *Votum*,n. 1, en cite une du 18 avril 1864. Le P. Graniello en cite plusieurs qui le supposent.

(2) En voici quelques-unes rapportées dans les *Acta Sanctæ Sedis*, vol. I, pag. 407.

I An Vicarii Apostolici et Missionarii, qui quovis modo suscipiunt animarum curam, in aliquo determinato loco, teneantur indiscriminatim ex justitia applicare missam pro populo, diebus festis?...

VI. An Episcopus N. qui officium parochi exercet, applicatione missæ pro suis diœcesanis,satisfaciat quoque obligationi, qua tenetur ad parochiale officium?

VII. Si idem Episcopus non satisfaciat obligationi parochi propriæ, quoad applicationem pro populo, quid dicendum super præteritis omissionibus?

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, discussis quæstionibus in comitiis habitis die 23 Martii 1863, respondere censuit:

Ad I. Negative, dummodo non agatur de locis in quibus Sedes episcopalis ac parœciæ canonice erectæ jam sint, atque ad ea Vicarius Apostolicus et Missionarii missi sint, ut legitimorum Pastorum vices gerant.

Ad VI. Juxta exposita negative, et ad mentem. — Mens est: Si Episcopus Vicarium non habeat in civitate N. qui illam parochiam administret, eam de vicario providere debet, qui obligationi missæ pro populo satisfaciat....

Ad. VII. Ad D. Secretarium cum SSmo.

Le même recueil, *ibid.*, pag. 408, contient une autre décision de la même date, concernant les Evêques Orientaux :

I. An obligatio applicandi missam pro populo, quæ secundum jus Ecclesiæ Occidentalis imponitur Episcopis et Parochis, locum pariter habeat in iisdem personis ritus orientalis.— RESP. Ad I. Affirmative.

(3) Nous trouvons dans Gardellini : *Decreta authentica Congrega-*

le 9 juillet 1881, que les Evêques sont tenus d'appliquer la messe pour leurs diocésains; et quant à la détermination des jours, elle décida de conseiller au Souverain Pontife de décréter qu'ils y sont obligés, les dimanches et fêtes, soit de précepte, soit supprimées.

Voici les demandes et les réponses :

1 Se i Vescovi siano tenuti ad applicare la messa *pro populo omnibus diebus dominicis et festis de præcepto, etiam suppressis ?*

2° *Quatenus negative :* Quale sia et come possa esprimersi l'obbligo che corre a'Vescovi di applicare la messa *pro populo?*

RESP. Ad I. Episcopos teneri ad applicationem missæ pro populo; et consulendum SSmo ut decernere dignetur, eosdem missam pro populo applicare debere omnibus dominicis aliisque festis diebus, tum de præcepto, tum suppressis.

Ad II. Provisum in I°.

III.

LE GAIN D'UNE INDULGENCE PLÉNIÈRE ET LE MAINTIEN D'UNE CONGRÉGATION NE PARAISSENT PAS UNE CAUSE SUFFISANTE D'AUTORISER LE BINAGE.

Josephus Policarpus Bertrand, Archipresbyter in civitate Aptensi diœcesis Avenionensis in Gallia, die 29 octobris anni

tionis Sacrorum Rituum, n. 4669, vol. III, append. I, pag. 74 et 77, les décisions suivantes :

20. Quum Episcopus diebus festivis applicare debeat pro ovibus suis, quæritur, an Episcopo hisce diebus pontificaliter celebrante, Canonici debeant Missam Conventualem pro benefactoribus cantare, et quando ?

22. Episcopi tenentur ne ad applicationem Missæ pro ovibus post adeptam possessionem; an statim ac electi sunt in consistorio ?

Sacra Congregatio... rescribendum censuit :

Ad 20. Hebdomadarius, vel is, cui onus inest Missæ Conventualis, illam celebret lectam vel ante, vel post Missam Pontificalem.

Ad 22. Post adeptam possessionem.

Die 12 Novembris 1831.

proxime elapsi, supplicem libellum obtulit sequentia humiliter exponens : « duas esse in sua Parœcia Congregationes erectas, « pro masculis et fœminis, quæ a felicis recordationis Benedicto « XIV privilegium obtinuerunt, lucrandi semel in mense indul- « gentiam plenariam, cum in suis capellis ad sacram synaxim « convenerint. Cum, ob inopiam sacerdotum, nullus sit qui in « præsentiarum sacrum facere valeat prædictis congregationibus, « facultatem petiit binandi bis saltem in mense, addens hanc « facultatem, illa ex causa, sæpe fuisse ab Archiepiscopis Ave- « nionensibus concessam. »

L'Archevêque d'Avignon appuyait et recommandait la supplique, exposant le péril de la dissolution des deux Congrégations : « Timendum est, *disait-il*, si gratia non conceditur, ne dictæ Congregationes magnum patiantur detrimentum, et paullatim evanescant, quod valde lugendum esset.»

Le Secrétaire de la S. Congrégation rappelle les principes de la législation canonique. Les Souverains Pontifes n'autorisent le binage que quand il est nécessaire [1], et quand on ne peut subvenir aux besoins spirituels des fidèles par un autre moyen. Le gain d'une indulgence ne paraît pas constituer le cas de grave nécessité requise par le Droit. Il ne semble donc pas qu'il y ait lieu d'acquiescer à la demande de l'Archiprêtre.

Toutefois le Secrétaire fait remarquer que de graves auteurs enseignent que le cas de nécessité doit s'apprécier d'après le jugement d'un homme prudent [2]. Or, dans le cas proposé,

(1) Cap. *Consuluisti*, 3, *De celebratione Missarum, etc.*, ubi : « Respondemus, quod excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. » Cf. Cap. *Te referente*, 12, *ibid.*; Constit. *Declarasti Nobis* de Benoît XIV, dans son Bullaire, vol. IV, pag. 32.

(2) Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. III, titul. XLI, n. 41; Laymann, *Theologia moralis*, lib. VI, tract. IV, cap. IV, n. 6. Cf. Pasqualigo, *De sacrificio novæ legis*, quæst. 371.

n'y a-t-il pas grande utilité, et une quasi-nécessité de biner? Ne faut-il pas, surtout dans les circonstances actuelles, favoriser tous les moyens de retenir et d'attacher les fidèles à la religion?

La S. Congrégation ne jugea pas le motif suffisant ; car le 22 avril 1882, elle donna la réponse suivante :

« Negative et ad mentem. Mens est, ut Archiepiscopus referat an quoad alios duos vel tres sacerdotes, qui Missam iterant, speciale Apostolicum privilegium habeant.

DECISION DE LA CONGRÉGATION DE L'INDEX.

LES OUVRAGES RENVOYÉS AVEC LA FORMULE : DIMITTATUR, NE SONT PAS DÉCLARÉS PAR LA EXEMPTS DE TOUTE ERREUR CONTRE LA FOI OU LES MŒURS ; ET L'ON PEUT, SANS ÊTRE TAXÉ DE TÉMÉRITÉ, LES ATTAQUER AU POINT DE VUE PHILOSOPHIQUE ET THÉOLOGIQUE.

Feria II, die 5 *decembris* 1881.

Sacræ Indicis Congregationi proposita fuerunt sequentia dubia :

I. Utrum libri ad Sacram Indicis Congregationem delati et ab eadem dimissi, seu non prohibiti, censeri debeant immunes ab omni errore contra fidem et mores?

II. Et quatenus negative : Utrum libri dimissi, seu non prohibiti a Sacra Indicis Congregatione, possint tum philosophice tum theologice citra temeritatis notam impugnari ?

Eadem Sacra Congregatio respondit :

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Fr. Thomas M. Card. Martinelli, Præfectus.

Fr. Hieron. Pius Saccheri, O. P. S. *Ind. Cong. a secretis.*

DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DE L'INQUISITION.

ON DOIT S'EN TENIR AUX DÉCRETS DU SAINT OFFICE DU 8 AOUT 1866, ET DE LA S. PÉNITENCERIE DU 20 JUILLET 1869, EXIGEANT L'EXPRESSION DU COMMERCE INCESTUEUX, POUR LA VALIDITÉ DE LA DISPENSE MATRIMONIALE.

I. Une question des plus intéressantes et des plus importantes du Traité des dispenses, a longtemps divisé les auteurs : celle de savoir s'il était nécessaire, pour la validité d'une dispense matrimoniale, que la supplique contînt l'aveu de la faute des futurs. A cette question s'en rattachait nécessairement une nouvelle, si l'on donnait à la première une réponse affirmative : A quels empêchements s'appliquait cette nécessité. Se restreignait-elle aux empêchements de consanguinité et d'affinité, ou en affectait-elle d'autres encore ?

II. Si l'on avait consulté les actes de l'autorité, on eût cessé depuis longtemps de tenir la question comme douteuse. En effet, une Bulle d'Innocent XII avait posé le principe que la dispense est nulle, si la supplique ne fait pas mention de l'inceste ou de la mauvaise intention qui en était la cause. Il y donne au Grand Pénitencier le pouvoir de revalider les mariages nuls, du chef de réticence de ces circonstances dans la supplique, pourvu que la faute des futurs soit encore secrète [1].

(1) « § 34. Quod si Oratores, qui obtinuerint a Nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito tam in primo et secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio vel quarto, tacita copula inter eos sequuta, quam sine honoris detrimento detegere non valent, et ratione

Ces dispositions sont si claires, dit Benoît XIV, qu'elles ne laissent lieu à aucun doute [1]. Du reste, il les confirma lui-même, lorsqu'il fut sur le siège de Pierre [2].

III. La question devait donc, comme disait S. Alphonse [3], cesser d'être considérée comme douteuse. Néanmoins le R. P.

hujusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro matrimonio contrahendo, seu revalidationem matrimonii contracti, possit idem Major Pœnitentiarius, si copula sit adhuc secreta, in foro conscientiæ tantum concedere...

« § 35. Si vero Oratores, qui obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi et secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita occulta et malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius habendam dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis recurrant ad dictam Pœnitentiariam, possit idem Major Pœnitntiarius desuper dispensare... » Constit. *Romanus Pontifex*, in *Bullar. Roman.* Tom. IX, pag. 269.

(1) *Institutiones ecclesiasticæ*, Instit. LXXXVII, n. 13. « Reipsa, *y dit-il*, nullus dubitandi locus superest, cum summi Pontifices mentem suam super hac re clarissime declaraverint. » Il apporte en preuve les passages ci-dessus cités de la Bulle d'Innocent XII.

(2) Les termes de sa Bulle sont presque littéralement les mêmes que ceux d'Innocent XII. Les voici : § 41. « Quod si aliqui Oratores obtinuerint a Nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito in primo et secundo, vel in secundo tantum, ac etiam in tertio vel quarto, cum reticentia copulæ inter eos sequutæ, quam sine honoris detrimento detegere non valeant, et ratione hujusmodi reticentiæ petant dispensationem pro matrimonio contrahendo, seu revalidationem matrimonii contracti ; possit idem Major Pœnitentiarius,si copula sit adhuc secreta, hujusmodi dispensationem, seu respective revalidationem in foro conscientiæ tantum concedere...

« § 42. Si qui vero Orratores, obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi et secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita occulta et malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius obtinendam dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis ad dictam Pœnitentiariam recurrant, possit idem Major Pœnitentiarius desuper absolute dispensare cum miserabilibus personis... » Constit. *Pastor bonus*, in suo *Bullario*, vol. II, pag. 224.

(3) *Theologia moralis*, lib. VI, n. 1135.

Ballerini s'insurgea contre cette décision et attaqua vivement la doctrine de S. Alphonse. Seize grandes pages y furent d'abord consacrées, dans la seconde édition qu'il donna de la théologie du P. Gury. Elles s'accrurent jusqu'au nombre de 26 dans la troisième édition [1]. Nous ferons seulement remarquer qu'à la fin de la note de la seconde édition le R. P. rapportait une décision de la S. Pénitencerie, laquelle renversait tout son système, comme l'auteur lui-même semblait en convenir [2] ; tandis que dans la troisième édition cette décision a disparu, sans que l'auteur ait daigné nous en donner les motifs et nous expliquer pourquoi il n'en tint plus aucun compte.

Déjà avant l'apparition de la seconde édition du R. Père, le Saint-Office s'était spécialement occupé de la question, et l'avait résolue dans le même sens que S. Alphonse. Sa décision, qui date du 1er août 1866, ne tarda pas à être suivie de celle de la Pénitencerie, qui était on ne peut plus claire et plus formelle. Cette dernière décision est du 20 juillet 1869.

A ces autorités vint, quelques années plus tard, se joindre celle de la Propagande. Elle donna, le 9 mai 1877, une Instruc-

(1) *Compendium Theologiæ moralis P. Gury*, tom. II, pag. 837, not. (*b*).

(2) Voici les paroles dont il la faisait précéder : « Nunc autem cum ad notitiam meam devenerit, S. Pœnitentiariam Apostolicam pluries jam Actis ac Responsionibus suis manifestasse, illi sese adhærere sententiæ, quam et S. Alphonsus amplexus est, quin et novissime hoc idem ejusdem sententiam requirentibus responderit, jam veritatis studium, quo solo quisque catholicæ Ecclesiæ filius et ad scribendum moveri et in scribendo dirigi debet, exigit ut non modo Responsum eo, quo par est, obsequio excipiam, verum etiam in quantum in me est, ipsum in eorum notitiam deducam qui adnotata a me de hoc argumento in præcedenti editione forte perlegerint. Nihil itaque cunctor id mihi ultro consentiente imo et omnino probante ecclesiastica Auctoritate imprimendis libris præposita hoc responsum oculis omnium subjicere, quod sic se habet. » *Op. cit.* Tom. II, pag. 625, 2 edit.

tion remarquable sur les dispenses de mariage, où sont consignées et les causes de dispense et les choses qui doivent figurer dans la supplique, si l'on veut qu'elle ne soit pas nulle [1]. Or nous y lisons, n. 7 : « *Copula incestuosa*, habita inter sponsos ante dispensationis executionem, sive ante, sive post ejus impetrationem, sive intentione facilius dispensationem obtinendi, sive etiam seclusa tali intentione, et sive copula publice nota sit, sive etiam occulta. Si hæc reticeantur, subreptitias esse, et nullibi ac nullo modo valere dispensationem super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis et legalis, nec non et publicæ honestatis declaravit S. Congregatio S. Officii, fer. IV, 1 Augusti 1866. »

L'opposition persistante du R. P. Ballerini ramena la question devant la S. Congrégation de l'Inquisition. Celle-ci, le 1er février de cette année, décida qu'on devait s'en tenir aux Décrets du Saint-Office du 8 août 1866, et de la S. Pénitencerie du 20 juillet 1869.

IV. Il est donc nécessaire de déclarer dans la supplique le commerce incestueux des orateurs: mais dans quels empêchements rencontrera-t-on cette faute ?

Il en est qui ne trouvent d'inceste que lorsque les parties sont liées par l'empêchement de consanguinité ou d'affinité. Ce sentiment, autrefois soutenu par Sanchez [2], fut embrassé par Giovine [3], qui s'appuyait sur la Bulle de Benoît XIV où les empêchements de consanguinité et d'affinité étaient seuls mentionnés. Notons que Giovine a publié son ouvrage avant le décret du Saint-Office de 1866.

(1) Nous avons publié et annoté cette Instruction dans notre tome X, page 24 et suiv.

(2) *De matrimonio*, lib. VIII, disp. XXV, n. 9. Cf. De Justis, *De dispensationibus matrimonialibus*, lib. I, cap. IV, n. 255 sq.

(3) *De dispensationibus matrimonialibus consultationes canonicæ*, tom. II, § IX, n. 12.

Depuis ce Décret et la décision de la S. Pénitencerie, le chanoine D'annibale a publié sa *Summula Theologiæ moralis*, et y prend la défense de l'opinion de Sanchez et de Giovine ; parce qu'il n'y a pas d'inceste proprement dit, où il n'y a pas de lien naturel, et que s'agissant d'une loi odieuse, on doit l'interpréter strictement, et la restreindre par conséquent à l'inceste proprement dit : « Et quando in pœnis stricta est interpretatio facienda, incestus non intelligitur ubi nulla cognatio naturalis (idest nec consanguinitas, nec affinitas) est. Nec 2. oberit incestus, atque ideo non erit exprimenda neque *copula*, nisi fuerit consummata [1]. »

V. Le Décret du Saint Office, auquel nous renvoie la Congrégation de l'Inquisition, nous force d'abandonner ce sentiment : la déclaration du commerce charnel est de toute nécessité, non seulement quand il s'agit d'une dispense entre consanguins ou alliés, mais aussi quand un empêchement de parenté spirituelle ou légale, ou d'honnêteté publique, s'oppose à l'union des parties.

VI. Le passage que nous venons de citer du chanoine D'Annibale contient une autre inexactitude, que nous signalons en passant. Il exige, comme nous venons de le voir, pour qu'il y ait obligation de le déclarer, que l'inceste soit consommé. Or une déclaration de Léon XII, transmise par la S. Congrégation de la Propagande au Vicaire capitulaire du diocèse de Namur, le 5 mai 1827, tranche la question dans un sens opposé. Il suffit que l'union charnelle ait lieu [2].

(1) Part. III, n. 409.

(2) Voici le texte de la déclaration dont copie authentique fut donnée à Mgr Feije. *De impedimentis et dispensationibis matrimonialibus*, n. 709.

Illustrissime Domine.

Cum SSmo D. N. relata fuerit quæstio quam ad calcem Epistolæ

Voici la décision de la S. Congrégation de l'Inquisition :

DECRETUM QUOAD DISPENSATIONES MATRIMONIALES.

Feria IV, die 1 Februarii 1882.

In congregatione generali S. Rom. et Universalis Inquisitionis habita coram Emis ac Revmis DD. S. R. E. Cardinalibus in rebus fidei Inquisitoribus Generalibus, proposito dubio : Utrum ad valorem dispensationum, quæ sive directe ab Apostolica Sede, sive

10 Feb. 1827 D. T. proponebat, scilicet : Suppliciter petitur, utrum in supplicibus libellis dispensationis a S. Sede super quocumque impedimento obtinendæ gratia, necessario exprimenda sit copula, si solummodo attentata seu imperfecta fuerit ? Sequentem quæstioni illi responsionem SSmus dandam esse decrevit.

Primo itaque in supplicibus libellis, quibus dispensatio petitur ad matrimonium contrahendum cum consanguineis vel affinibus exponenda copula est inter Oratores habita, licet non ad eum finem habita fuerit ut facilius ita dispensatio obtineretur. Benedictus namque XIV, in ea Bulla, quæ incipit *Pastor bonus*, n. 41, facultatem Majori Pœnitentiario tribuit sanandi seu valida rursus reddendi matrimonia, quæ inter consanguineos vel affines inita sunt per dispensationem, ad quam impetrandam in supplici libello de copula nulla facta fuerit mentio, quæ ante dispensationem inter conjuges habita fuerit. Quod si hujusmodi matrimonia sananda rursus et valida reddenda sunt, evidens est copulam, quocumque fine habita sit, semper esse manifestandam.

Secundo, cum obligatio manifestandæ copulæ ad veram tantum et proprie dictam copulam referatur, nec vera copula dicenda sit illa, quæ tentata est tantum : sequitur necesse omnino non esse copulam manifestare, quæ tentata solum fuerit, scilicet, quando copulæ tentatæ nomine merum tentamen intelligatur, quod nullum alium effectum habuerit.

Tertio tandem manifestanda est, et in supplici libello exprimenda est copula, quoties vere incestus dici possit. Jam vero incestus crimen, ut Reiffenstuel, *De consang. et affin.* n. 60, vere et formaliter est tale, etiamsi vir non seminet intra vas, quod omnes fatentur. Exprimenda igitur est copula, si vas fœminæ penetratum fuerit, licet ea secuta non fuerint, quæ tum ad prolis generationem, tum ad perfectam copulam requiruntur.

Habes itaque per hoc responsum quomodo in hujusmodi casibus te

ex Pontificia delegatione conceduntur super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis et legalis, nec non publicæ honestatis necessarium sit exprimere copulam incestuosam, a sponsis habitam ante impetrationem vel executionem prædictarum dispensationum, nec non exprimere consilium et intentionem cum qua copulam inierunt obtinendæ facilius dispensationis ?

Iidem Emi ac Rmi DD. præhabito voto DD. consultorum, respondendum decreverunt : Standum Decretis S. Officii feriæ IV, 8 augusti [1] 1866, et S. Pœnitentiariæ 20 Julii 1869, nempe :

I. *Feria IV*, 8 *augusti* 1866.

Emi Patres decreverunt subreptitias esse, et nullibi, ac nullo modo valere dispensationes, quæ sive directe ab Apostolica Sede, sive ex Pontificia Delegatione super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis et legalis, nec non publicæ honestatis conceduntur, si sponsi ante earumdem dispensationum executionem, sive ante sive post earum impetrationem, incestus reatum patraverint, et vel interrogati, vel etiam non interrogati, malitiose, vel etiam ignoranter reticuerint copulam incestuosam, inter eos initam, sive publice ea nota sit, sive occulta, et reticuerint consilium et intentionem qua eam copulam inierunt ut dispensationem facilius consequerentur. Sufficere autem, ut unus ex sponsis delictum hoc

gerere debeas. Ego vero dum observantiam tuam erga S. Sedem vehementer commendo, Deum O. M. precor, ut D. T. bonum omne cumulatim largiatur.

Dominationis Tuæ Studiosissimus D.

MAURUS CARD. CAPPELLARI, Præf.

PETRUS CAPRANO ARCHIEP. ICONIEN. S. C. de Pr. F. *Secretarius*.

Romæ ex ædibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 5 maii 1827.

(1) L'instruction de la Propagande du 9 mai 1877 lui assigne la date du premier août, ainsi que le P. Cretoni. *Compendium Theologiæ moralis P. Gury*, tom. II, pag. 680. Cf. *Nouvelle Revue théologique*, tom. X, pag. 42.

suum, vel nefariam intentionem modo dictam explicaverit. Quod profecto nedum a probatis auctoribus communiter traditur, sed etiam a Summo Pontifice Benedicto XIV confirmatur in Constitutione, quæ incipit : *Pastor bonus* [1] :

II. *Sacra Pœnitentiaria sub die* 20 *julii* 1869 *respondit :*

Post Constitutionem Benedicti XIV : *Pastor bonus*, non posse amplius dubitari de nullitate dispensationis obtentæ, reticita copula incestuosa, vel prava intentione facilius obtinendi dispensationem habita in ea patranda [2].

(1) Nous avons publié le texte entier de cet important document dans notre Tome x, pag. 42, not. 2.

(2) Nous en avons également publié le texte intégral, *ibid.* pag. 40, not. 1.

DÉCISION DU SAINT-OFFICE.

LES RELIGIEUX QUI NE SONT PAS TENUS A L'ABSTINENCE PAR UN VŒU SPÉCIAL, PEUVENT JOUIR DES DISPENSES PROMULGUÉES PAR LES ÉVÊQUES AU NOM DU SAINT-SIÈGE.

Beatissime Pater

P. Fr. Bernardinus a Portu Romatino Minister Generalis Ordinis Minorum, præmisso osculo SS. Pedum, humillime supplicat S. V. quatenus, ad tollendas suorum Fratrum ubique terrarum existentium animi anxietates, simulque ad subveniendum eorum infirmitati, declarare, aut concedere dignetur, Indulta, quæ ab Episcopis, in respectivis Diœcesibus, quoad jejunium S. Quadragesimæ et alia jejunia infra annum omnibus fidelibus injuncta, promulgantur,comprehendere etiam Regulares, non obstante quod Episcopi in præfatis Indultis de Regularibus nullam mentionem faciant (prout usuvenit in fere omnibus diœcesibus extra Italiam), et quamvis in aliquibus diœcesibus ea conditio Indulto utentibus imponatur, quæ a Regularibus impleri nullatenus potest, erogandi scilicet, et apud Curiam Episcopalem deponendi aliquam pecuniæ summam in pia opera impendendam. Pro qua gratia,etc.

Feria IV, die 20 *decembris* 1871.

Sacra Congregatio S. Officii respondere censuit, Regulares speciali voto abstinentiæ a carnibus non adstrictos, gaudere Indulto circa observantiam ciborum tempore Quadragesimæ et per annum pro fidelibus promulgato ab Ordinariis locorum nomine Sanctæ Sedis Apostolicæ.

J. Pelami, *S. Rom. et Universalis Inquisitionis Notarius.*

DÉCISION DE LA S. PÉNITENCERIE.

LE CONFESSEUR QUI FAIT SEMBLANT D'ABSOUDRE SON COMPLICE ENCOURT L'EXCOMMUNICATION DE LA CONSTITUTION APOSTOLICÆ SEDIS.

Benoît XIV avait frappé d'une excommunication réservée au Souverain Pontife le confesseur qui entend la confession de son complice et l'*absout* [1]. Dans la Constitution *Apostolicæ Sedis*, Pie IX maintient cette excommunication en la réservant d'une manière spéciale au Saint-Siège : « Absolventes, *y lit-on*, complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non adprobatus ad confessiones, sine gravi aliqua exoritura infamia et scandalo possit excipere morientis confessionem. »

Les Commentateurs de la Bulle de Benoît XIV exigeaient, pour encourir l'excommunication, que le confesseur non seulement entendît la confession du pénitent, mais encore qu'il parfît son acte, en donnant l'absolution. « Ex quibus optimo jure inferimus, *dit Joannardio*, ad excommunicationis pœnam contrahendam utrumque actum (confessionis scilicet et absolutionis) requiri : nam juxta generales regulas ab omnibus admissas, nulla pœna contrahitur, nisi completo et consummato opere, cui illa adnexa est. Neque dicas, sic posse complicem legem eludere, audiendo scilicet confessionem, et postea non absolvendo : siquidem hoc non est proprie legem

(1) Constit. *Sacramentum Pœnitentiæ*, § 4, *Bullarium Benedicti XIV*, vol. I, pag. 104 ; Constit. *Apostolici muneris*, § 2, *ibid.*, vol. II, pag. 83 ; Constit. *Inter præteritos*, § 59, *ibid.*, vol. VIII, pag. 98.

eludere, sed non facere totum id, quod lex prohibet, ut pœna legis evitetur [1]. »

S. Alphonse nous apprend qu'il eut des doutes à ce sujet, et qu'il consulta la S. Pénitencerie. Celle-ci ne partagea pas l'opinion des Commentateurs, mais déclara que le confesseur n'évitait pas l'excommunication en simulant l'absolution. « Super hoc dubio, *dit le S. Docteur*, consului S. Pœnitentiariam, quæ die 9 julii 1851 respondit absolute : Non vitari excommunicationem a prædicto confessario per fictionem absolutionis. Et huic sententiæ jamdudum adhæsi ; sed postea cum percurrissem Constitutionem ejusdem Pontificis Benedicti XIV, *Inter præteritos*, oppositum satis declaratum reperi [2]. » Le S. Docteur n'a donc pas cru que l'autorité de la S. Penitencerie dût prévaloir contre le texte clair des Bulles de Benoît XIV. Les auteurs, qui ont écrit après lui, ont adopté son sentiment [3].

La Bulle de Pie IX reproduisit la disposition des Bulles de Benoît XIV, en se servant du mot : *absolventes*. On devait donc naturellement s'attendre à voir les Commentateurs de la Constitution *Apostolicæ Sedis* embrasser l'interprétation

(1) *De confessario complicem absolvente, etc.*, Dissert. III, cap. III, pag. 62. Cf. Griffini, *Animadversiones in Benedicti XIV binas Constitutiones de non absolvendo complice*, Diatr. III, n. XVII, pag. 179.

(2) *Theologia moralis*, lib. VI, n. 556, quær. 1.

(3) Alasia, *Commentaria Theologiæ moralis*, tom. VII, *De Pœnitentia*, part. II, cap. III, artic. I, n. 3, pag. 210 ; Scavini, *Theologia moralis universa*, lib. III, n. 487 ; Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, n. 589 ; Van der Velden, *Principia Theologiæ moralis theoretice et practice exposita*, tom. II, n. 239, pag. 290 ; Annotator *Universæ moralis Theologiæ* P. Roncaglia, Tract. XIV, quæst. XII, cap. III, *Regulæ in praxi observandæ*, tom. VIII, pag. 273; Pavone, *La luce fra le tenebre*, n. 60 ; *Expositio Constitutionum* Universi Dominici gregis *Gregorii XV, et* Sacramentum pœnitentiæ *Benedicti XIV, ad usum Cleri*, pag. 73.

donnée par S. Alphonse aux Bulles de Benoît XIV, et par les Commentateurs de ces Bulles ; et l'événement a vérifié cette attente. En effet, tous se prononcent, sans soupçonner que leur sentiment puisse souffrir aucune contradiction, pour la nécessité de l'absolution. « Ut ejusmodi excommunicatio incurratur, *écrit le continuateur d'Avanzini*, necessarium est nedum ut confessarius confessionem complicis audiat, sed etiam absolutionem reapse impertiatur.... Lex enim aperta est : *Absolventes complicem in peccato turpi.* Si qua enim dubitatio ante nostram Constitutionem exoriri de re potuit, nunc nullimode dubitandum est, ad incurrendam excommunicationem hanc, omnino necessarium esse ut confessarius complicem non ficte, non simulate, sed reipsa absolvat [1]. »

Un Evêque de France eut cependant des doutes sur la vérité de ce sentiment, et consulta la S. Pénitencerie, dont la réponse fut conforme à celle qu'elle avait donnée à S. Alphonse. C'est en suite de cette décision que Mgr l'Evêque de Nevers inséra dans ses Statuts Synodaux la note suivante ; « 1° Incidit in excommunicationem non tantum ab hujusmodi

(1) *Constitutio qua censuræ latæ sententiæ limitantur documentis omnibus munita, censurisque Tridentinis aucta, nonnullis illustrata commentariis*, Pag. 309, 2. Cf. D,Annibali, *In Constitutionem Apostolicæ Sedis... Commentarii*, n. 89, edit 3ᵃᵉ ; Bertapelle, *In Constitutionem Apostolicæ Sedis quæstiones et factorum species a Clero Patavino definitæ*, n. 179 ; Ciolli, *Commentario pratico delle censure latæ sententiæ oggidi in vigore nella chiesa*, n. 94, II ; Godschalk, *Constitutio... Apostolicæ Sedis documentis indicatis munita et commentariis illustrata*, pag. 46 ; Lafforgue, *Commentaire de la Constitution Apostolicæ Sedis*, pag. 27, 2ᵉ édit.; Gabriel de Varceno, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, pag. 183 ; Del Vecchio, *Theologia moralis universa*, tom. I, n. 580 : Gury-Dumas, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, n. 589 : Konings, *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 1715, 1° ; Ballerini, *Compendium Theologiæ moralis P. Gury*, tom. II, pag. 542, not. (a): *Nouvelle Revue théologique*, tom. III, pag. 581.

complicitatis culpa per absolulutionem alterius nondum directe deleta absolvens, ut patet, sed etiam absolvere fingens, ex declaratione S. Pœnitentiariæ, 1 martii 1878 [1]. »

Voici le doute soumis à la Pénitencerie par Mgr l'Evêque de Rodez, le 16 octobre 1877, et la solution qu'il reçut :

Utrum confessarius, qui suum vel suam complicem in peccato turpi, ad mentem Bullæ *Apostolicæ Sedis*, n. 10, simulaverat absolvisse, recitando, v. g., orationem quamdam, vel alia verba pronuntiando, aut etiam tacendo, ita ut videretur tamen per signa vel manuum gestus revera pœnitentem a peccatis relaxare, incurrit excommunicationem specialiter S. Pontifici reservatam, de qua agitur in præfata Bulla ?

Sacra Pœnitentiaria, mature perpensis expositis dubiis, super iisdem pariter respondet : Confessarios simulantes absolutionem complicis in peccato turpi non effugere excommunicationem reservatam in Bulla S. S. Benedicti XIV : *Sacramentum Pœnitentiæ*.

Datum Romæ, in S. Pœnitentiaria, die 1 Martii 1878.

Nous n'entendons pas nous insurger contre l'autorité de la S. Pénitencerie; mais, d'un autre côté, nous n'oserions condamner ceux qui, imitant S. Alphonse, s'en tiendraient encore à la lettre de la loi, jusqu'à ce que la question ait été de nouveau déférée au Saint-Siège, et formellement tranchée par lui. Ce sont les Evêques qui ont qualité pour soumettre de semblables questions à la décision du Souverain Pontife.

(1) Part. 1, pag. 264, not. 1.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

I.

LORSQU'AU TEMPS PASCAL ON DONNE LA COMMUNION AVANT OU APRÈS LA MESSE DE REQUIEM, ON DOIT DIRE L'ORAISON ET LES VERSETS DU TEMPS, MAIS SANS L'ALLELUIA.

Quum tempore paschali administrandum est SS. Eucharistiæ Sacramentum ante vel post Missam *De Requie*, debentne dici oratio et versiculi de tempore atque *Alleluia?*

S. R. Congregatio ad relationem subscripti Secretarii sic declarare censuit : Affirmative quoad orationem et versiculos; Negative quoad *Alleluia.*

Atque ita declaravit et servari mandavit die 26 novembris 1878.

II.

IL SUFFIT QUE LES DOUZE CROIX PRESCRITES PAR LE PONTIFICAL ROMAIN POUR LA CONSÉCRATION DES ÉGLISES SOIENT PEINTES SUR LES PAROIS INTÉRIEURES DE L'ÉGLISE.

Utrum ad validam consecrationem ecclesiæ, sufficiat depingere duodecim cruces in parietibus lateralibus, scilicet sex hinc et inde?

S. R. Congregatio respondit : Affirmative in casu, et detur decretum in una MECHLINIEN diei 31 Augusti 1867, ad quintum.

Die 5 Julii 1881.

Voici ce décret :

V. Cruces ad sacras unctiones præscriptæ in Dedicatione memoratæ ecclesiæ non fuerunt dispositæ prout fert liber Pontificalis, et aliunde incuria plane supina quædam fuerunt destructæ effosso muro ; quæritur an, novis crucibus loco et ordine requisitis depictis, suppleri debeat illarum unctionis cæremonia juxta formam Pontificalis ?

Ad v. Depingantur iterum Cruces in ecclesia, quarum sex in parte dextera, sex aliæ in sinistra appareant; ita tamen ut duæ sint prope altare majus, et duæ prope ecclesiæ januam, omissa unctionis cæremonia [1].

III.

DE LA DISTRIBUTION DE LA COMMUNION PENDANT LA MESSE DU SAMEDI SAINT.

A Revmo D. Francisco Petrarca, Archiepiscopo Lancianen, et Administratore perpetuo diœceseos Ortonen. Sacrorum Rituum Congregationi sequens pro opportuna declaratione propositum fuit dubium, nimirum ;

Utrum sabbatho sancto mane in ecclesiis, ubi potest una Missa cum cantu celebrari, cantato jam hympo : *Gloria in excelsis*, et nondum facta sacrarum specierum sumptione, ab alio sacerdote quam a celebrante, superpelliceo et stola induto, ex sacris particulis, quæ feria V in Cœna Domini superfuere, adservatis, Sanctissima Eucharistia Christifidelibus expetentibus distribui possit ac liceat, et an ab iisdem sic sumentibus paschali præcepto satisfiat?

(1) *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 5381, vol. v, Append. III, pag. 73.

Sacra porro eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito antea voto alterius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, huic dubio mature perpenso sic rescribere rata est : Servetur consuetudo.

Atque ita rescripsit ac declaravit die 13 Januarii 1882.

D. CARD. BARTOLINIUS, S. R. C. Præf.
PLACIDUS RALLI, S. R. C. *Secretarius.*

INDULGENCES APOSTOLIQUES.

Quo universi utriusque sexus fideles in tertium S. Francisci Assisinatis Ordinem adscripti easdem leges eosdemque ritus in obeundis instituti sui functionibus adhibere possint, enchiridion seu manuale unicum typis edere visum est. Multiplices vero sub ejusdem manualis editionem exortæ sunt de absolutionis tum generalis tum in articulo mortis, tum de Papalis benedictionis formulis controversiæ, ad quas dirimendas Consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositorum nonnulla proposita sunt dubia seu quæstiones. Hinc Consilium idem consideratis perpensisque omnibus, quid de hujusmodi quæstionibus deliberaverit per Secretarium suum ad Nos referendum curavit. Nos autem, quibus salutare frugiferumque tertii Ordinis S. Francisci sodalitium in deliciis semper fuit, Nobisque summopere cordi est, ut illud sanctas sui instituti leges ritusque observet, atque in dies, hisce præsertim temporibus, propagetur et incrementa suscipiat, memorati Consilii deliberationem probavimus, eamque omnibus per Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus tuendis cognoscendis decretum indicendam censuimus. Nostris mandatis obsequens Congregatio, sibique demandatum munus meliori quo fieri possit modo explere cupiens, opportunum in primis duxit omnes et singulas benedictionis et absolutionis generalis expendere formulas, quæ nedum penes Tertiarios Franciscales, verum etiam apud alias ejusdem Ordinis familias, imo et alios Regulares Ordines ac Tertiarios ad ipsos pertinentes essent in usu, quo unam eamdemque ab omnibus in posterum respective in ejusmodi benedictionibus et absolutione adhibendam formulam concinnaret. Quamobrem præfata Congregatio omnes, quorum intersit, monendos putavit, ut si quid in casu notatu dignum judicassent, intra congruum tempus eidem Congregationi subjicerent. Exacto inde triennnio, quum nihil ex

parte alicujus ex dictis Ordinibus objectum sit, Congregatio Sacris Ritibus præposita, accurate omnibus diligenterque inspectis et expensis, quæ sequuntur decrevit, nempe : 1° Pro Absolutione in articulo mortis retineatur in omnibus formula præscripta in Constitutione sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Pia Mater*, addito tantum ad *Confiteor* nomine sancti proprii Fundatoris. II° Benedictio Summi Pontificis nomine impertienda detur cum formula approbata in Constitutione ejusdem sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Exemplis Prædecessorum*, sed nonnisi bis in anno, et sub conditione quod hæc Benedictio nunquam detur eodem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat. III° In Absolutione generali pro Regularibus cujuscumque Ordinis, atque in Benedictione cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus adhibeantur omnino duæ insequentes formulæ a Rmo Assessore ipsius Sacræ Congregationis propositæ atque ab eadem approbatæ, abrogatis penitus et suppressis quibuscumque aliis formulis hucusque usitatis, videlicet :

FORMULA ABSOLUTIONIS GENERALIS PRO REGULARIBUS CUJUSCUMQUE ORDINIS HOC PRIVILEGIO FRUENTIBUS.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum ; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster.
v. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
v. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
R. Et salutare tuum da nobis.
v. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
v. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere : suscipe deprecationem nostram ; ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis : ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris : preces populi tui supplicantis propitius respice ; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Completis precibus, ab uno ex adstantibus dicitur Confiteor *addito nomine proprii Fundatoris. Deinde sacerdos dicit :*

Misereatur vestri etc. Indulgentiam, absolutionem etc.

Postea subjungit :

Dominus Noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis vos absolvat et gratiam suam vobis infundat. Et ego auctoritate ipsius, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Summorum Pontificum Ordini nostro ac vobis concessa, et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, majoris vel minoris, suspensionis et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium, necnon sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis. Item eadem auctoritate absolvo vos ab omni transgressione votorum et regulæ, constitutionum, ordinationum et admonitionum majorum nostrorum, ab omnibus pœnitentiis oblitis, seu etiam neglectis, concedens vobis remissionem omnium peccatorum, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus jam confessi estis : In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

FORMULA BENEDICTIONIS CUM INDULGENTIA PLENARIA PRO TERTIARIIS SÆCULARIBUS CETERISQUE OMNIBUS COMMUNICATIONEM PRIVILEGIORUM ET GRATIARUM CUM IISDEM, VEL CUM REGULARIBUS CUJUSCUMQUE ORDINIS HABENTIBUS.

Antiph. Intret oratio mea in conspectu tuo, Domine ; inclina aurem tuam ad preces nostras ; parce, Domine, parce populo tuo, quem redemisti sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

v. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

v. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

R. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

v. Et de Sion tuere eos.

v. Esto eis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

v. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere : suscipe deprecationem nostram ; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis : ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris : preces populi tui supplicantis propitius respice ; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Dicto deinde :

Confiteor etc. Misereatur etc. Indulgentiam etc.

Sacerdos prosequitur :

Dominus Noster Jesus Christus, qui Beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, Ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Per sacratissimam Passionem et Mortem Domini Nostri Jesu Christi ; precibus et meritis Beatissimæ semper virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Beati Patris Nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris ✝ et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Si hæc Indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur, reliquis omissis, sacerdos absolute incipiat a verbis : Dominus Noster Jesus Christus, etc. *et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem immutato.*

Nos hujusmodi memoratæ Congregationis decretum omnino ratum habemus, et Apostolica Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, probamus, confirmamus, sancimus, illudque ab omnibus et in omnibus hoc futurisque temporibus servari jubemus. Decernentes has Litteras Nostras semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari ac definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-

tigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus Apostolicis, nec non ejusdem tertii Ordinis S. Francisci, ceterisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, ceterisque omnibus quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Julii MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

TH. CARD. MERTEL.

II.

PRESCRIVANT L'INSERTION DE QUELQUES NOUVEAUX OFFICES DANS LE CALENDRIER DE L'EGLISE UNIVERSELLE ET DANS CELUI DU CLERGÉ DE ROME, ET MODIFIANT LA RUBRIQUE DU BRÉVIAIRE CONCERNANT LA TRANSLATION DES DOUBLES MINEURS ET DES SEMI-DOUBLES.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Nullo unquam tempore Romani Pontifices Antecessores Nostri prætermiserunt Sanctorum virorum, qui doctrina, virtute, rerum gestarum præstantia Catholicam Ecclesiam, dum in terris agerent, illustrarunt, memoriam in animis Christifidelium, eorum præsertim, quorum est cæteros exemplo anteire, quo altius possent im-

primere. Id autem hac inter alias ratione consequuti sunt, eorumdem scilicet Sanctorum festa sive in universali, sive in particularibus Ecclesiis indulgendo, ac vitæ et rerum gestarum historiam Breviariis inserendo, ut qui divinas preces recitare tenentur, ab iis virtutum illorum factorumque memoria cum laude quotannis repetatur. Hinc nostris etiam temporibus sa. me. Pius Papa IX Præcessor Noster vota excipiens et preces multorum Sacrorum Antistitum, qui Romam convenerant OEcumenici Concilii Vaticani causa, peculiarem constituit Anno MDCCCLXXIV Sacrorum Rituum Congregationem, cui munus detulit expendendi utrum opportunum esset in Kalendario Ecclesiæ Officia inserere nonnullorum Sanctorum, qui Apostolorum opus præ cæteris prosequuti Ecclesiæ universæ ædificandæ ac tuendæ, et inter diversas gentes dilatandæ impensius adlaborarunt : Officia hæc erant Sanctorum Bonifacii Episcopi et Martyris, Justini Philosophi Martyris, Cyrilli et Methodii Pontificum et Confessorum, Cyrilli Episcopi Alexandrini, Cyrilli Episcopi Hierosolymitani et Augustini Episcopi Cantuariensis. Hæc autem peculiaris Congregatio Sacrorum Rituum omnibus quæ ad rem pertinerent accurate perpensis, expedire censuit Officium S. Bonifacii ritu duplici ad universam Ecclesiam extendi, indulgendumque esse illis, qui S. Justini Officium peterent eodem ritu : de aliis rem differre placuit. Quam sententiam idem Præcessor Noster ratam habuit et confirmavit. Hæc tum quidem acta sunt. Anno autem MDCCCLXXX visum est Nobis, Sanctis Fratribus Cyrillo et Methodio Slavoniæ gentis Apostolis ejusdem cultus honorem tribuere, S. Bonifacio, ut diximus, a Præcessore Nostro delatum. Porro cum Sacrorum Antistites ac Fideles rogare pergerent, ut pari honore condecorarentur tum S. Justinus, tum alii inclyti Cælites, de quibus prolata res fuerat, tum etiam S. Josaphat Episcopus Polocensis Martyr, præclarum Polonæ ac Ruthenæ gentis lumen : cumque habenda esse tandem ratio videretur postulationum, quæ a Romano Clero Apostolicæ Sedi porrigebantur pro inscribendis in Kalendario Urbis festis quorumdam Sanctorum, qui Urbem ipsam suis illustrarunt exemplis et finem laborum suorum ibi assequuti eam propriis nobilitarunt exuviis ;

idcirco Nos particularem Sacrorum Rituum Congregationem a Præcessore Nostro jam pridem deputatam iterum constituere duximus, eique mandavimus ut opportune expenderet, qua ratione in Kalendario sive Universali sive Cleri Romani officia prædicta et alia in posterum, si opus esset, inseri possent. Itaque approbantes, et confirmantes, quæ a Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus aliisque dictam Congregationem componentibus decreta, et per Venerabilem Fratrem Nostrum Dominicum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Bartolinium Sacrorum Rituum Congregationi Præfectum relata Nobis fuerunt, Auctoritate Nostra Apostolica volumus et præcipimus, ut in Kalendario Universali Ecclesiæ sub ritu duplici minori inscribantur Officia : die IX Februarii S. Cyrilli Alexandrini Episcopi Confessoris ; die XVIII Martii S. Cyrilli Hierosolymitani Episcopi confessoris ; die XIV Aprilis S. Justini Philosophi Martyris ; die XXVIII Maii S. Augustini Episcopi Cantuariensis Confessoris ; die XIV Novembris S. Josaphat Episcopi Polocensis Martyris ; deinde ut in Kalendario Cleri Romani sub ritu item duplici minori inscribantur Officia : die XVI Aprilis S. Benedicti Josephi Labre Confessoris ; die XXIII Maii S. Joannis Baptistæ de Rossi Confessoris ; die XIX Augusti B. Urbani II Papæ et Confessoris ; die XI Octobris B. Joannis Leonardi Confessoris ; die XVII Decembris S. Leonardi a Portu Mauritio Confessoris : affigantur autem in eodem Kalendario Cleri Romani festa S. Cyrilli Alexandrini diei XX Februarii, S. Cyrilli Hierosolymitani diei XX Martii, S. Augustini Cantuariensis diei VII Junii et S. Josaphat Polocensis diei XIV Decembris. Quo vero in utroque Kalendario tum Universali tum Cleri Romani habeantur sedes liberæ ad nova Officia introducenda, eadem Auctoritate Nostra volumus ac præcipimus, ut Rubrica Generalis Breviarii Romani tit. X de Translatione Festorum hac ratione mutetur ; videlicet : « Festa duplicia minora (exceptis illis Sanctorum Ecclesiæ Doctorum) et Festa semiduplicia, si occursu Dominicæ vel Majoris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus com-

memoratio, cum nona lectione historica, sive una ex duabus aut tribus, si tamen hæc eo die fieri possunt; secus hujusmodi festi duplicia et semiduplicia eo anno penitus omittuntur, ut de simplici cautum est in rubric. tit. IX num. X, tit. X num. VIII : » postremo ut præsentes litteræ Apostolicæ in novis editionibus Breviarii ad calcem Rubricæ interim apponantur, donec accurata Rubricæ ipsius correctio per Sacrorum Rituum Congregationem perficiatur. Hæc præcipimus et mandamus, non obstantibus Apostolicis ac in universalibus provincialibusque et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo Personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII Julii MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

TH. CARD. MERTEL.

QUESTIONS THÉOLOGICO-CANONIQUES.

I.

SUR LE JEUNE.

Un de nos abonnés nous soumet les observations suivantes sur un point intéressant de la Théologie. Nous les communiquons à nos lecteurs ainsi que les remarques dont nous les ferons suivre, prêts à insérer les critiques qu'on voudra bien nous envoyer.

—

La prohibition de manger viande et poisson au même repas, les jours de jeûne et les dimanches de carême, doit-elle être restreinte à ceux qui sont *dispensés* de la loi de l'abstinence, ou étendue à ceux qui en sont *exempts* ? (Les mots *dispense* et *exemption* sont pris ici dans leur sens strict).

Remontons à l'époque où la loi de l'abstinence, du moins en ce qui concernait l'usage de la viande, était si rigoureuse, qu'on la considérait comme appartenant à l'essence du jeûne, et que les dispenses générales étaient pour ainsi dire inouïes. — Or, pendant cette époque, c'est-à-dire depuis le berceau de l'Eglise jusqu'au siècle dernier, jamais, ce semble, aucune restriction ne fut imposée à un titre quelconque aux personnes qui, pour une raison légitime, étaient *exemptes* de l'obligation de l'abstinence. — L'Eglise, qui n'a point l'usage d'imposer un équivalent à ses enfants lorsqu'ils sont dans l'impossibilité d'accomplir ses préceptes, avait des raisons spéciales pour ne pas réglementer le régime alimentaire de pauvres infirmes, dont l'estomac capricieux ou languissant a bien assez d'entraves *ab intrinseco*.

Dans ces derniers temps, la Sainte Eglise a mitigé sa rigueur en faveur des personnes *robustes* dans des diocèses entiers ; mais elle n'a accordé qu'une *dispense avec commutation :* voulant conserver quelque faible vestige de l'obligation abolie, elle défend aux indultaires de manger du poisson au même repas où ils veulent jouir du privilège de manger de la viande.

Or, nous le demandons : — L'adoucissement accordé aux personnes bien portantes entraîne-t-il nécessairement un fardeau pour les infirmes ? Non. — Quelque raison de convenance a-t-elle engagé l'Eglise à restreindre récemment la liberté absolue qu'elle avait toujours laissée aux valétudinaires, concernant la qualité et la combinaison des mets qui seraient plus agréables et plus profitables à leur estomac ? Aucune. — Y a-t-il au moins des décisions du Saint-Siège qui imposent cette restriction aux infirmes ? — Parmi ces réponses vénérables, nous n'en avons pas encore trouvé une seule qui étende aux personnes *exemptes* de la loi de l'abstinence la prohibition de manger viande et poisson au même repas.

Nous pouvons donc conclure sans hésiter, que cette prohibition n'est qu'une commutation légère, imposée à ceux qui jouissent de la dispense de la loi, et ne regarde en aucune manière ceux qui en sont *exempts*.

—

1° Nous reconnaissons qu'avant Benoît XIV, une loi générale [1] de l'Eglise n'avait jamais interdit à ceux qu'elle dispen-

(1) Nous disons : *une loi générale*, car dans certains diocèses, il était défendu, même sous peine d'excommunication, de manger de la viande et du poisson au même repas, les jours où la viande n'est pas permise d'après les lois générales de l'Eglise. Jean Sanchez nous apprend que semblable défense et pénalité existait dans les diocèse de Tolède et d'Avila. *Selecta de Sacramentis*, disp. LI, n. 21. Cfr. Leander de SS. Sacramento, *Quæstiones morales theologicæ*, part. III, *In quinque*

sait du précepte de l'abstinence de manger poisson aux repas où ils usaient de leur dispense. Tel était l'enseignement commun des auteurs, dont Léandre du Saint Sacrement s'est fait l'écho dans les paroles suivantes : « Qui dispensat, ut quis possit in diebus prohibitis comedere carnes, nullo modo prohibet, ne simul cum illis comedat pisces : ergo cum alias horum comestio sit licita in ipsismet diebus, in quibus prohibentur carnes, licite poterit carnes et pisces simul comedere, si alias ex comestione piscium non proveniat comedenti aliquod damnum [1]. »

2° Nous avouons encore que la lettre des Bulles de Benoît XIV ne semble atteindre que ceux qui sont dispensés, ou usent d'une dispense [2].

3° Toutefois l'esprit de ces Bulles paraît leur donner une portée plus étendue. En effet, dans sa première Bulle sur le jeûne, Benoît XIV prescrit aux évêques d'exhorter les fidèles, qui ne peuvent jeûner, et qui par conséquent ne peuvent atteindre le but du jeûne par ce moyen, à y suppléer par des œuvres de piété, des prières, des aumônes [3]. Dans une autre

Ecclesiæ præcepta, tract. v, disp. II, quæst. 30 ; Castropalao, *Opus morale*, tom. IV, tract. XXV, punct. VII, § I, n. 12 ; Benedictus XIV, *De Synodo diœcesana*, lib. X, cap. III, n. II.

(1) *Loc. cit.*, quæst. 29. Cfr. Card. Cozza, *Tractatus dogmatico-moralis de Jejunio ecclesiastico*, part. III, artic. III, n. 54 ; Salmanticenses, *Cursus theologiæ moralis*, tract. XXIII, cap. II, n. 21.

(2) Constit. *Non ambigimus*, § 4, *Bullarium Benedicti XIV*, vol. I, p. 99.

(3) *Ibid.*, § 5, ubi : « Insimul Fraternitates Vestras rogamus et in Domino exhortantes obsecramus, ut populos, qui communem omnium Christifidelium pœnitentiam ac disciplinam servare nequeant, commonere satagatis, ne per alia pietatis opera, ut sua cuique devotio suggeret, peccata sua expiare, et Deo satisfacere negligant ; quinimmo sanandis vulneribus, quibus humana infirmitas sauciatur, diligentem adhibere studeant curationem, ut culpas de mundano pulvere contractas, dum casta jejunia decoquere non possunt, pia opera, orationum suffragia, et

Bulle, il semble soumettre à la condition *non permiscendi epulas*, tous ceux qui ne jeûnent pas, à moins qu'un motif certain, tiré d'une mauvaise santé, n'exige nécessairement le contraire. Ecoutons le docte Pontife :

Nos quibuscumque, quacumque occasione, sive multitudini indiscriminatim ob urgentem gravissimamque necessitatem, sive singulis ob legitimam causam, et de utriusque medici consilio, dummodo nulla certa ei periculosa affectæ valetudinis ratio intercedat, et aliter fieri necessario exigat, in quadragesimæ aliisque anni temporibus et diebus, quibus carnium, ovorum et lacticiniorum esus est prohibitus, dispensari contigerit, ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam comestionem servandam, et licitas atque interdictas epulas minime esse apponendas, tenore præsentium declaramus, et edicimus : quemadmodam per singalas nostras in pari forma Brevis literas singulis utriusque sexus Christifidelibus, ob corporis infirmitatem, quibus obnoxii reperiuntur, in sacratissima Quadragesima, aliisque jejunio consecratis diebus vescendi prohibitis licentiam dantes, unicuique expresse præscribimus atque præcipimus [1].

Ce passage de Benoît XIV ne semble-t-il pas soumettre tous ceux qui ne jeûneront pas à la condition d'observer la défense de manger gras et maigre au même repas, soit qu'une dispense, soit que toute autre cause les soustraie à la loi de l'abstinence ? Peut-on douter qu'un certain nombre de ceux qui demandent dispense, *ob corporis infirmitates*, ne soient de ce chef *excusés ou exempts* de la loi de l'abstinence ? Et cependant le Pontife ne paraît-il pas leur appliquer sa défense ? Car, notons le bien, le Pape ne permet la promiscuité des mets aux malades, que quand elle leur est absolument

eleemosynæ munera redimant. » *Loc. cit.*, pag. 100. Cfr. ejusdem *Institutiones ecclesiasticæ*, Instit. xv, n. 27.

(1) Constit. *In suprema*, § 2, *loc. cit.*, pag. 133. Cf. *De Synodo diœcesana*, lib. vii, cap. iii, n. 1.

nécessaire. Tout concourt donc à nous montrer que si le texte des Bulles de Benoît XIV ne parle pas expressément de ceux qui sont exempts de la loi de l'abstinence, du moins l'esprit des actes pontificaux les y comprend.

4° L'auteur des observations dit qu'il n'a pas trouvé une seule décision du Saint-Siège qui étende aux personnes *exemptes* de la loi de l'abstinence la prohibition de manger viande et poisson au même repas. Mais la décision de la Sacrée Pénitencerie, du 8 janvier 1834, n'est-elle pas de nature à dissiper tous les doutes sous ce rapport ? On lui demandait si ceux à qui la maladie rend licite l'usage de la viande, peuvent au même repas manger du poisson les jours du jeûne prescrit par Pie VI en temps d'Avent ? La demande comprend bien évidemment tous les cas où, pour cause de maladie, on peut manger de la viande. Ce serait violer toutes les règles d'interprétation que de la restreindre au cas où une dispense est nécessaire. Or que répond la Sacrée Pénitencerie ? Que la promiscuité des mets leur est défendue. Voici le texte de la demande et de la réponse :

Ad quæsitum : Utrum diebus jejunii tempore Adventus a Pio VI præscripti, permissis tamen lacticiniis, ei, *cui propter infirmitatem licitus est esus carnium,* interdicta sit promiscuitas carnis et piscium ? S. Pœnitentiaria, die 8 januarii 1834, respondit : Affirmative, nempe non licere ejusmodi promiscuitatem [1].

(1) Cf. *Acta S. Sedis in compendium redacta*, vol. I, pag. 428, n. 11 ; Scavini, *Theologia moralis universa*, lib. I, n. 404, 11 ; Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, n. 515, 7° ; *Nouvelle Revue théologique*, tom. IX, pag. 570, not. 1, in fine.

II.

SUR L'HEURE OU L'ON PEUT COMMENCER MATINES.

Dans une réponse à une Consultation sur la probabilité de l'opinion qui permet de commencer, en tous temps, l'office du lendemain à deux heures du soir, nous avons cité un décret du 5 mars 1853, qui serait décisif, s'il était revêtu des caractères d'authenticité requis pour la valeur obligatoire de ces décrets [1]. Après son insertion dans notre article, l'auteur du recueil où nous l'avions puisé, M. Mühlbauer, interrogé sur l'origine de ce décret, se contenta de répondre qu'il était très-authentique, et émanait de la Sacrée Congrégation des Evêques et Réguliers. Ceux qui l'avaient interrogé s'adressèrent alors à un de leurs amis, qui habite Rome. Celui-ci se rendit au Secrétariat des Sacrées Congrégations du Concile, des Rites, et des Evêques et Réguliers. Malgré les recherches les plus minutieuses, faites par les divers secrétaires, on ne parvint pas à découvrir ce décret ; de sorte que le doute que nous avions émis sur son authenticité n'est devenu que plus fort.

Nous remercions cordialement le Rév. Professeur du Grand Séminaire de P. qui a bien voulu nous mettre au courant de ces détails.

En tous cas, la Sacrée Congaégation des Rites a été plus récemment interrogée sur ce point, et si l'on ne veut pas soutenir qu'elle a donné une réponse dérisoire, on doit dire qu'elle s'est prononcée contre l'opinion qui permet de commencer, en tout temps, les matines du lendemain à deux

(1) Tom. XIII, pag. 685.

heures de relevée. Voici la demande et la réponse, telles qu'elles se trouvent dans la continuation du recueil de Gardellini [1] :

DE ZACATHECAS.

Rmus D. Joseph-Maria a Refugio Guerra Episcopus de Zacathecas in Mexicana Republica Americæ Septentrionalis sequens dubium Sacræ Rituum Congregationi enodandum proposuit ; nimirum : Quanam hora liceat incipere privatam recitationem Matutini cum Laudibus vespere diei præcedentis ? In istis namque regionibus non omnium eadem est super hac re sententia.

Sacra vero Rituum Congregatio, referente infrascripto Secretario, audito voto alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, rescribendum censuit : Privatam recitationem Matutini cum Laudibus diei subsequentis incipi posse quando sol medium cursum tenet inter meridiem et occasum. Atque ita rescripsit die 16 Martii 1876.

(1) *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum*, n. 5653, vol. v, append. iv, pag. 100. Cf. S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. v, n. 174, quær. 1.

BULLETIN BIBLIOGRAPHIQUE.

Traité sur l'indulgence TOTIES QUOTIES de la fête du Rosaire, par le R. P. F. Marie-Henri Iweins des Frères-Prêcheurs, 3e édit. Louvain, Ch. Peeters, 1880.

Lorsque nous avons entrepris la publication de notre recueil, nous n'avons eu d'autre but que d'être utiles à nos confrères employés dans le saint ministère, les aider à en remplir les fonctions avec le plus de fruit possible et pour eux, et pour les âmes qui leur sont confiées. C'est dans ce but que nous les avons autrefois engagés, avec les nouveaux statuts de Malines [1], à entretenir l'usage des indulgences dans leurs paroisses, à l'y développer, et à cette fin d'y ériger une ou plusieurs Confréries [2].

Parmi les Confréries, il en est une qui réclame à juste titre une des premières places: celle du Rosaire. La beauté de cette prière, les fruits de salut qu'elle a produits et qu'elle continuera à produire dans le monde, la protection spéciale de la sainte Vierge, qu'elle assure à ceux qui entrent dans la Confrérie, explique suffisamment les nombreux privilèges et indulgences dont les Souverains Pontifes l'ont enrichie ; et ce doit être un motif pour tous les curés zélés de l'établir dans leur paroisse.

L'opuscule du R. P. Iweins traite d'une de ces faveurs privilégiées accordées à la Confrérie du Rosaire, faveur dont

(1) *Statuta diœcesis Mechliniensis publicata in Synodo diœcesana an.* 1872, n. 315, pag. 127.

(2) *Nouvelle Revue théologique,* tom. VI, pag. 119 seq.

peuvent profiter non seulement les Confrères, mais tous les fidèles qui visitent l'église ou l'autel de la Confrérie. Ce privilège consiste à gagner une indulgence plénière autant de fois qu'on visite l'église le jour de la fête du Rosaire.

Après avoir expliqué l'origine de cette indulgence, le R. P. en prouve l'authenticité [1]. Il en montre ensuite l'étendue : elle n'est pas bornée aux églises de l'ordre de S. Dominique; toutes les églises et chapelles qui possèdent la Confrérie y participent. Le R. P. énumère ensuite les conditions requises pour gagner cette indulgence : ce sont la confession, la communion, et la visite de la chapelle du Rosaire depuis les premières vêpres de la fête jusqu'au coucher du soleil du jour même de la fête, en priant pour le triomphe de l'Église, l'extirpation des hérésies et les autres intentions du S.-Siège.

L'auteur fait remarquer avec raison que « une église où se trouve établie l'association du Rosaire perpétuel ou celle du Rosaire vivant, ne participe pas à l'indulgence, laquelle est uniquement attachée aux églises où la Confrérie du Rosaire est canoniquement érigée [2]. »

Dans le chapitre V, consacré à la solution de quelques doutes, l'auteur établit d'abord que cette indulgence est applicable aux âmes du purgatoire. Il veut ensuite prouver qu'elle n'est pas, comme toutes les autres, suspendue pendant l'année sainte du Jubilé. « C'est ce qui résulte, *dit le R. Père*, de plusieurs documents pontificaux que l'on peut trouver dans le Bullaire dominicain. L'abbé Pallard de son côté affirme que les indulgences de la Confrérie du Rosaire ne sont pas suspendues pendant l'année sainte [3].» L'abbé Pallard

(1) Chap. II. Cf. *Nouvelle Revue théologique*, tom. VII, pag. 70, not. 1; pag. 349.

(2) *Traité sur l'indulgence, etc.*, pag. 34.

(3) *Ibid.*, p. 37.

cite à l'appui de son assertion des Bulles de Léon X, S. Pie V, Sixte V et Paul V [1]. « On pourrait ajouter, *dit le R. Père Iweins,* Clément VII, Clément VIII et Innocent XI [2]. »

Il nous est impossible, tant que les Bulles du Jubilé de l'année sainte seront rédigées comme celles de Benoît XIV, Clément XIV et Léon XII, d'admettre cette exception au principe de la suspension des indulgences. En effet, ces Papes déclarent suspendre *toutes* les indulgences, à l'exception de celles qu'ils énumèrent comme étant maintenues. « Ad eas (quæstiones) Nos removendas, *dit Benoît XIV,* generalem in Constitutione nostra [3] suspensionem fecimus. Sed primum quemadmodum in ipsa legere est, aliquot a generali revocatione indulgentias subtraximus, quas expressimus etiam et nominavimus; ex quo per se consequitur, illas quæ nominatim præservatæ non sunt, intelligi debere suspensas [4]. » C'est donc un principe incontestable qu'on ne doit admettre d'exception que pour les indulgences qui sont expressément nommées dans les Bulles de Benoît XIV, et

(1) *Recueil de Tiers-Ordres, Archiconfréries, Confréries, etc.,* pag. 278.

(2) *Loc. cit.,* note 1.

(3) Constit. *Cum Nos nuper,* § 3, *Bullarium Benedicti XIV,* vol. VII, pag. 298. Après avoir énuméré les indulgences qu'il excepte de la suspension, Benoît XIV ajoute : « Cæteras *omnes et singulas* indulgentias, tam plenarias quam non plenerias, etiam perpetuas, et peccatorum remissiones... quomodocumque, et ex quibusvis causis et occasionibus, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas et concessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes et decreta præsentibus pro expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate... ac potestatis nostræ plenitudine, suspendimus, easque et ea, eodem anno durante, nulli prodesse, ac suffragari debere ; irritum quoque et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. »

(4) Constit. *Inter præteritos,* § 22, *ibid.,* vol. VIII, p. 38.

celles qui seraient rédigées dans les mêmes termes, comme celles de Clément XIV [1] et Léon XII [2].

Or, trouvons-nous, dans ces Bulles, une exception en faveur des indulgences de la Confrérie du Rosaire, comme le veut l'abbé Pallard; ou au moins en faveur de celle du *Toties quoties*, comme l'estime le R. P. Iweins? C'est en vain qu'on l'y chercherait. Dès lors, force nous est de la rejeter, comme opposée aux Bulles Pontificales.

Mais, nous objectera-t-on, Léon X, S. Pie V, Sixte V, Paul V, Clément VII, Clément VIII et Innocent XI ont déclaré que cette indulgence n'est pas comprise sous la révocation ou suspension des indulgences, quelle qu'en soit la cause [3].

Si nous nous trouvions en face d'une suspension ou d'une révocation pure et simple des indulgences, nous reconnaîtrions la force de l'objection. En effet, nous lisons dans la Bulle de S. Pie V : « Quas quidem indulgentias sub quibusvis suspensionibus, revocationibus, limitationibus similium vel dissimilium indulgentiarum... per Nos et alios Romanos Pontifices prædecessores et successores nostros, ac Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine... nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas... esse censeri debere, et quas perpetuis futuris temporibus duraturas decernimus [4]. »

(1) Constit. *Cum Nos nuper*, § 4, *Bullarii Romani continuatio*, tom. v, pag. 726.

(2) Constit. *Cum Nos nuper*, § 4, *ibid.*, tom. VIII, pag. 86.

(3) Ce n'est pas seulement de cette indulgence, mais de toutes celles de la Confrérie du Rosaire qu'il est question dans ces Bulles, de sorte que, pour être conséquent, il faut excepter toutes ces indulgences de la suspension générale du Jubilé.

(4) *Bullarium Ordinis FF. Prædicatorum*, Constit. *Injunctum*, tom. v, pag. 126. Cf. Constit. *Pastoris æterni* Leonis X, *ibid.*, tom. IV, pag. 332 ; Const. *Ineffabilia* Clementis VII, *ibid.*, pag. 476; Constit. *Dum ineffabilia* Sixti V, *ibid.*, tom. v, pag. 444.

Cette clause empêcherait certes une suspension pure et simple de prévaloir contre les indulgences de la Confrérie du Rosaire.

Mais tout autre est la disposition suspensive dont s'est servi Benoît XIV, et qui a été adoptée par ses successeurs Clément XIV et Léon XII. Ces Pontifes déclarent suspendre toutes les indulgences qu'ils n'exceptent pas expressément, et ce nonobstant toute disposition contraire de leurs prédécesseurs : « Quibus omnibus, *lit-on dans leurs Bulles*, etiamsi in illis caveatur expresse, quod sub similibus vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis et individua mentio fiat, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque [1]. » Comment pourrait-on, en présence de semblables clauses, maintenir les exceptions établies par les prédécesseurs de Benoît XIV, Clément XIV et Léon XII ? Si donc, lors des Jubilés ordinaires qui viendront encore, les Papes renouvellent la mesure prise par Benoît XIV et ses successeurs, on devra tenir comme indubitable que les indulgences de la Confrérie du Rosaire, et par conséquent celle du *Toties quoties*, sont suspendues pendant toute l'année sainte pour les vivants.

Nous disons : *pour les vivants*, car pleins de compassion pour les fidèles défunts, les Souverains Pontifes permettent de gagner en leur faveur pendant toute la durée du Jubilé toute indulgence quelconque, fût-elle même concédée pour les vivants seulement, et par conséquent suspendue pour eux pendant l'année sainte. Nous lisons, en effet, dans leurs Bulles :

(1) Constit. *Cum Nos nuper*, § 5, Bened. XIV, *loc. cit.*, pag. 300 ; Constit. *Cum Nos nuper*, § 6, Clementis XIV, *loc. cit.*, pag. 726 ; Constit. *Cum Nos nuper*, § 6, Leonis XII, *loc. cit.*, pag. 86.

Item salvis et firmis remanentibus indulgentiis Altarium privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliisque eodem modo pro solis ipsis defunctis concessis ; atque etiam aliis quibuscumque indulgentiis et peccatorum remissionibus, alias pro vivis concessis, ad effectum dumtaxat, ut christifideles illas animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii directe applicare valeant ; quas omnes et singulas, licet, pro eo quod respicit vivorum favorem, hoc Jubilæi anno durante, generaliter, ut infra, suspensas, ad prædictum tamen effectum, ipsius anni decursu, etiamsi in earum concessionibus hujusmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui injuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint, acquiri posse concedimus et indulgemus [1].

(1) Constit. *Cum Nos nuper*, § 1, Bened. XIV, *loc. cit.*, pag. 297 ; Constit. *Cum Nos nuper*, § 2, Clement. XIV, *loc. cit.*, pag. 725 ; Constit. *Cum Nos nuper*, § 2, Leonis XII, *loc. cit.*, pag. 85.

CONSULTATION I.

1° In quo consistit absolute complicitas in turpi ?

2° Nonne distinctio fieri debet inter complicitatem et passivitatem in turpi ?

3° An complex haberi debet juvenis tertium decimum agens annum, qui, pro verecundia probabiliter aut timore, tactus molles desuper vestimenta in inhonestis a nefando viro patitur ? Quid si leviter renuit ?

4° Quid, si tactus in partibus minus honestis patitur ? Potestne a complice absolvi ?

Resp. ad I. Complicitas in eo consistit quod uterque in idem peccatum contra sextum conspiret, id est, quod uterque externe manifestet se in hoc peccatum consentire. Unde si alteruter materialiter tantum peccet, seu materialiter tantum ad peccatum concurrat, non habetur complicitas requisita ut dicatur et sit complicis peccatum. Hæc fusius evolvimus in nostro commentario Constitutionis *Apostolicæ Sedis* [1].

Ad II. Si turpia patiens in hoc consentiat, jam habetur vera complicitas, unde nulli distinctioni tunc locus est. Si vero reluctetur, omnino deficit complicitas, dummodo dissensum externe manifestet. Si tacens turpia sustineat, eo ipso delicti agentis fit particeps, quum debeat et possit reluctari; atque adeo, licet ipsi hujusmodi turpes actus interne displiceant, eorumdem nihilominus reus efficitur ; et idcirco tunc vera adest complicitas.

Ad III. Si, uti supponitur, prædictus juvenis hujusmodi

(1) V. *Nouvelle Revue théologique*, tom. III, pag. 596.

tactuum gravitatis conscientiam habens, præ verecundia tantum taceat, est vere agentis complex.

Si timore taceat, videndum an talis sit metus, ut juxta principia quæ in tractatu de actibus humanis ponuntur, patiens a peccato gravi excusetur; an vero talis sit ut a gravi peccato patientem non abstergat. In priori casu, non adest complicitas, quæ jurisdictionem agentis auferat. Secus in posteriori casu.

Tandem renuendo, quamvis leviter, ostendit se hujusmodi actibus consensum denegare. Uti patet ex supra data complicitatis notione, quæ utriusque in idem consensus manifestationem dicit, exulat in casu vera complicitas.

Ad IV. Partes minus honestæ ab auctoribus dicuntur pectus, brachia, crura [1]. Si propter delectationem carnalem ab agente fiant et a patiente recipiantur hujusmodi tactus, idque ab utroque alteri manifestetur, certe vera adest complicitas, adeoque patiens a complice absolvi nequit.

Idem probabilius dicendum est, si prædicti tactus propter delectationem sensibilem seu naturalem fiant et recipiantur [2].

Secus vero, si ex absentia pravæ hujus intentionis præfati tactus culpam venialem non excedant, aut etiam si ad mortale in utroque pertingant, id utrinque non manifestetur. In hoc igitur casu, patiens a complice valide, quamvis forsan illicite, absolvi potest.

(1) Cf. S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. IV, n. 423; Holzmann, *Theologia moralis*, part. II, n. 706.

(2) S. Alphonsus, *ibid.*, n. 416.

CONSULTATION II.

1° Deux fêtes *doubles de première classe* sont en *concurrence*.

2° La première de ces fêtes est en *occurrence* avec un jour octave (*dies octava*).

3° A cause de sa dignité la première de ces fêtes a les deuxièmes vêpres avec mémoire seulement de la fête double de première classe du lendemain.

On demande si, aux deuxièmes vêpres dont il est question au n° 3°, il faut faire mémoire du jour octave (*diei octavæ*) dont il est question au n° 2° ?

Rép. Voici en deux mots le nœud de la difficulté.

D'après la table d'occurrence du Bréviaire Romain, lorsqu'il y a, *le même jour*, incidence d'une fête de première classe, avec un jour octave, on fait aux vêpres mémoire du jour octave.

Au contraire, quand, *au lendemain* du jour octave, il y a une fête de première classe dont on dit les vêpres, le jour octave n'a pas de mémoire, selon la table de concurrence.

Laquelle de ces tables doit l'emporter ici ? N'est-ce pas la table d'occurrence, puisque les vêpres *qui sont de la fête du jour*, n'excluent pas la commémoraison du jour octave ?

Non. C'est à la table *qui exclut* que l'on doit donner la préférence [1]. Un doute tout à fait semblable fut soumis à la S. Congrégation des Rites, et résolu dans le sens que nous indiquons [2]. « An in secundis vesperis dominicæ SS. Trini-

(1) Les canonistes avaient une expression pour qualifier la valeur supérieure de la négation : ils disaient qu'elle est *malignantis naturæ*. « Plus negatio tollit quam ponit affirmatio. Negatio nullum casum excludit, » dit Barbosa. *Axiom. juris*, 156.

(2) Cfr. *S. R. C. Decreta*, V. *Commemoratio*, § 2, n. 2.

tatis concurrentibus cum festo primæ vel secundæ classis, fieri debeat commemoratio de Dominica ?

Resp. *Negative*, 27 martii 1824 *in una Resol. Dubiorum, ad* I. »

Dans ce cas, il y a, entre les deux tables, la même opposition que pour celui qui nous est soumis, et cependant la Congrégation n'hésite pas à donner la préférence à la table de concurrence. Gardellini discute longuement ce doute dans ses notes au n. 4604 de la troisième édition ; mais ce qui l'occupe, ce n'est pas la difficulté indiquée par nous, mais le point de savoir, si le dimanche de la Trinité, comme étant l'octave de la Pentecôte, ne jouit pas d'un privilège particulier. Toute la discussion roule là dessus, et aucun doute ne paraît s'élever dans son esprit relativement à la différence des tables du Bréviaire.

CONSULTATION III.

I. Dans la ville de Q... où j'exerce le ministère, bon nombre de citoyens, afin de payer une taxe municipale moins élevée, ont l'habitude, en louant leurs maisons, de déclarer ou faire déclarer par les locataires, aux cotiseurs nommés par la corporation, un chiffre moins élevé du 1/3 ou du 1/4 généralement, que le prix du loyer inscrit dans le bail. Je demande si on peut assimiler ce cas au *Quæsitum* du n. 22, 1°, tom. II, de Gury *: de statibus part.* et répondre à ceux qui consultent avant le fait, qu'ils peuvent le faire en conscience, tout en leur conseillant le contraire, et répondre à ceux qui consultent après le fait, qu'il ne sont pas tenus à restitution.

Ceux qui sont pour l'affirmative ici, s'appuient 1° sur ce *Quæsitum* de Gury ; 2° ils donnent pour raison que la chose se fait à la connaissance du conseil municipal qui est libre de choisir un autre mode de taxation; 3° que les contribuables ne paient toujours

pas moins que le prix infime ; 4° que les employés de la corporation, s'il arrive que la diminution du prix du loyer est telle qu'elle laisse soupçonner le fait, avisent aux moyens de ne pas être frustrés ; 5° que la somme payée pour taxes municipales par les contribuables, même avec cette diminution, est encore supérieure aux avantages que leur procure la corporation dont la gestion des affaires a presque toujours été défectueuse.

Ceux qui sont pour la négative, disent 1° que la loi est juste, que conséquemment elle oblige en conscience, et qu'on doit condamner et obliger à restitution ceux qui ne paient pas leurs taxes basées sur le prix réel du loyer. 2° Ils prétendent que l'opinion de Konings sur cette question des taxes leur est favorable [1].

II. Un curé qui célèbre un mariage et fait dire la messe par son vicaire, a-t-il raison d'inscrire dans l'acte de mariage, qu'il a reçu, non pas seulement le consentement mutuel des époux, « *mais de plus qu'il leur a donné la bénédiction nuptiale ?* »

Resp. ad I. Distinguons d'abord les deux cas posés dans la question : celui des personnes qui interrogent avant le fait,

(1) C'est à tort qu'ils prétendent s'autoriser de l'opinion du R. P. Konings. Il paraît, en effet, favorable au sentiment qui tient ces lois comme purement pénales : « Præcipua autem eorum Doctorum ratio, *dit-il*, in consuetudine universali *taliter* legem accipiendi et interpretandi, innititur, cui illud hodie accedit, quod supremi imperiorum moderatores nusquam ad conscientiam, imo nusquam ad religionem populos provocant, sed dum innumeros custodum, præpositorum, exactorum exercitus sibi conscribunt ad vectigalia aliaque tributa exigenda, omnino iis magis confidere videntur, quam subditorum conscientiæ. Cf. dicta n. 178. » *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 818. Et au n. 819, II : « Generaliter vero loquendo de omnibus vectigalibus, putat Lugo monendos esse populos ad tributa solvenda, sed post factum non esse cogendos ad restitutionem tributi defraudati, si probabiliter sibi suadeant in tanta vectigalium multitudine se aliquid injustum solvisse, vel competenter contribuisse ad publicas necessitates. Ita S. Alphonsus Lugonis sententiam referens, quin verbulo aliquo eam reprobet. » Nous ne comprenons pas comment, en présence de ces passages, on pourrait invoquer l'autorité du P. Konings contre la première opinion.

et celui des personnes qui interrogent après le fait. Commençons par le dernier.

1° La plupart des auteurs qui enseignent que la loi établissant des impôts oblige en conscience, avouent cependant que l'opinion contraire est probable [1], et par suite l'obligation de restituer n'étant pas certaine, on ne peut pas l'imposer aux pénitents [2]. Ecoutons sur ce point Molina qui se prononce en principe pour l'obligation, en conscience, des lois tributaires [3]:

Quinta conclusio. Qui in tanta multitudine tributorum (attenta præsumptione juris et doctorum, ea in parte, et attentis omnibus, quæ hactenus dicta sunt) dubius fuerit, an sit aliquis excessus injustus, is ante factum inclinet populum ad solutionem, præsertim quando solutio ex illo exigitur: post factum vero non cogat restituere, quando quæ defraudavit, attenta qualitate personæ et negotiorum ejus, non excedunt id, quod comparatione talis personæ suspicatur, aut dubius est, esse excessus in tributis populo impositis... Quia in dubio melior est conditio possidentis. Et quoniam confessarius præcipiendo in eo eventu restituere, exponeret se periculo auferendi quod suum est, ab eo cui ita præciperet restituere... Illud etiam in horum maximam confirmationem est hoc loco observandum. Si tributa omnia integre et fideliter solverentur, sane principes non imponerent tot quot imponunt, quia pauciora imposita sufficerent : atque sola alcavala [4] integre soluta ad

(1) Lessius, *De Justitia et jure*, lib. II, cap. XXXIII, n. 55; Bonacina, *De restitutione*, disp. II, quæst. IX, punct. I, n. 3 et 5; Card. de Lugo, *De Justitia et jure*, disp. XXXVI, n. 43 : Diana, *Resolutiones morales*, tom. VI, tract. I, Resol. LXXVI, n. 2. S. Alphonse dit que les raisons de cette opinion *non videntur contemmendæ*. V. *Theologia moralis*, lib. IV, n. 616.

(2) Cf. S. Alphonsus, *ibid.*, n. 547 : Card. de Lugo, *Op. cit.*, disp. XVII, n. 86.

(3) *De Justitia et jure*, tract. II, disp. DCLXXIV, n. 3.

(4) Ce mot comprenait les droits que l'on devait payer au gouvernement du chef des ventes ou permutations d'objets mobiliers ou immobi-

ingentem summam perveniret : cum ergo principes tot tributa imponant ac multiplicent, quoniam singula non integre ac fideliter solvuntur, sane non est cur qui, attenta qualitate suæ personæ et negotiorum, moderate defraudaverit, vel ex alcavala, vel ex alio tributo, etiamsi fraude aliqua utatur, cogatur in foro conscientiæ usque ad ultimum quadrantem restituere : si ex reliquo tributorum, quod non defraudavit, competenter contribuit ex sua parte ad necessitates publicas... Nos vero... neque eos, qui moderate defraudant, et competenter contribuunt, cogamus in conscientiæ foro restituere, plus justo eos in dubio gravantes, ostiumque salutis æternæ eis præcludentes, ac denegantes illis absolutionem. Juxta hæc censendum dicendumque est de illis, qui alcavalam defraudant [1].

2° Mais que devra-t-on répondre à ceux qui interrogeront avant le fait ? Pourra-t-on leur dire qu'en conscience ils peuvent cacher une partie du prix?

S'il est probable, au jugement même des adversaires de cette opinion, que les lois tributaires ou fiscales sont purement pénales, de quel droit refuserait-on aux interrogateurs la faculté de la suivre en conscience? Quelle serait, du reste, la conséquence d'un semblable refus? Ce serait de placer les personnes consciencieuses dans une position très désavantageuse en comparaison de celles dont la conscience est moins délicate. En effet les bons devraient supporter la majeure partie des charges de l'état, puisqu'on les obligerait en conscience de payer plus que les autres ne le font communément. Aussi

liers. Dans les permutations le droit était double, la permutation étant considérée comme une double vente. V. Molina, *loc. cit.*, disp. DCLXII, n. 2. Le droit exigé pour la vente était un dixième du prix. V. Molina, *ibid.*, Disp. CCCXXXVI, n. 7.

Il semble qu'on doive répondre négativement : car il serait tenu de remplir cette obligation par la vertu de religion, suite de son vœu. Or, la vertu de religion tient le premier rang parmi les vertus morales : elle les surpasse toutes tant par la dignité de sa matière que par la sublimité de sa fin [2]. Dès lors ne doit-on pas dire que son lien l'emporte sur celui

(1) Salmanticenses, *Cursus Theologiæ moralis*, Tract. XIV, cap. IV, n. 82; Diana, *Resolutiones morales*, tom. VIII, tract. IV, resol. II et III. Cf. D. Thomas, 2-2, q. 88, a. 3, ad 1.

(2) Cf. D. Thomas, 2-2, q. 81, a. 6; Suarez, *De religione*, tract. I, lib. III, cap. IX, n. 3 sq.

de toutes les autres vertus morales, et conséquemment de la justice elle-même ? S'il en est ainsi, au cas où le prêtre serait tenu par vœu de dire son office en l'honneur de la Ste Vierge, ne devra-t-on pas présumer, en l'absence d'une intention déterminée, que son intention est de satisfaire à cette obligation, qui est la plus forte ?

Ad II. Des auteurs ont émis des principes d'où découlerait une réponse affirmative [1]. Mais il nous semble plus vraisemblable qu'une seule récitation ne satisferait pas à la double obligation. Les deux obligations ont un but tout à fait différent ; nous ne voyons pas comment en offrant son office pour remplir sa première obligation, ce prêtre pourrait également satisfaire à l'intention du donateur. N'est-il pas dans la même position que l'individu qui doit vingt francs à deux individus et qui paie la créance de l'un seulement ? Ce paiement le libère-t-il vis à vis de l'autre ? Personne ne le prétendra.

Ad III. A moins qu'en s'engageant à dire son office le samedi en l'honneur de la Ste Vierge, il n'ait voulu s'obliger à réciter l'office même de la Ste Vierge, il est certain qu'il satisfera à sa double obligation en récitant deux fois son office.

Ad IV. Celui qui a donné l'honoraire a réclamé l'intention

(1) Après avoir rapporté l'opinion commune, d'après laquelle celui qui a fait vœu de réciter l'office de la Ste Vierge un jour où suivant le Bréviaire Romain il est obligé de réciter un autre office, ne satisferait pas par la seule récitation de ce dernier office, Escobar a Corro ajoute : « Contrarium tamen non improbabile reputo, nempe recitatione unius officii satisfacere utrique obligationi : tum quia valde probabile est, quod adstrictus recitationi horarum canonicarum duplici onere, ordinis nempe sacri et beneficii, satisfacit unum officium tantum recitando ; et omittendo, unum solum nanciscitur peccatum, cum in substantia obligationi satisfaciat. Et sic votum adimplebit recitatione alterius officii, et cum obligatione officii diei recitando officium voti. » *Tractatus de horis canonicis*, quæst. III, § 1, n. 10.

pendant neuf jours consécutifs, et le prêtre le lui a promis. Il y a là un contrat qui lie ce dernier, et il manquerait à son obligation, en sautant un jour de la neuvaine, sans le consentement de l'autre partie. Il ferait mieux, dans le cas, ou de remettre à un autre jour son obligation de dire l'office en l'honneur de la Sainte Vierge ; ou de rendre l'honoraire à celui qui l'a donné, à cause de l'impossibilité où il est de remplir ses intentions.

CONSULTATION II.

Celui qui a obtenu du S. Siège la permisson de bénir et de donner à la fois plusieurs scapulaires, par ex. ceux de la T. S. Trinité, de N. D. du Mont-Carmel, de l'Immaculée Conception, des VII douleurs et du Précieux sang, d'employer pour la bénédiction une formule unique approuvée par la S. R. C. et de pouvoir les imposer aux fidèles du haut de l'autel ou de la chaire, en se contentant de leur ordonner de se les passer eux-mêmes autour du cou : 1° Peut-il se borner à bénir une seule espèce de scapulaires, par ex. ceux de N.D. du Mont-Carmel, ou ceux de l'Immaculée Conception ?

2° Peut-il alors employer la formule, propre aux PP. Carmes ou aux PP. Théatins etc., pour la bénédiction des scapulaires dont l'imposition est réservée à leur Ordre ?

3° Peut-il imposer lui-même les scapulaires individuellement et sans recourir à l'intermédiaire des fidèles ?

4° S'il a reçu d'ailleurs le pouvoir de bénir et de donner une autre sorte de scapulaires, par ex. celui de la Passion et des SS. Cœurs, peut-il étendre à celui-ci les privilèges qu'il a reçus du S. Siège pour ceux-là ?

Resp. Pouvoir bénir et donner, c'est-à-dire imposer, le scapulaire d'un Ordre religieux ou d'une confrérie est un privilège, pouvoir donner cinq scapulaires différents, réunis

ou non, constitue un quintuple privilège, ou si on le veut, c'est avoir reçu cinq privilèges à la fois. Par le fait qu'on reçoit la faculté de bénir et d'imposer un scapulaire, on reçoit le droit de se servir de la formule qui doit être employée *ad hoc;* ou, s'il y a plusieurs formules laissées au choix (c'est le cas pour le scapulaire de N. D. du Mont Carmel et pour le scapulaire de N. D. de la Merci, peu connu dans nos contrées), on reçoit le droit de se servir d'une de ces formules à son gré. Pouvoir, au lieu d'être obligé d'employer successivement quatre ou cinq formules de bénédiction, spéciales à chaque espèce de scapulaires, user d'une formule unique, est un privilège distinct des premiers. C'est un privilège encore d'être dispensé de devoir imposer à chaque fidèle en particulier une espèce de scapulaires, un nouveau privilège d'en pouvoir imposer de plusieurs espèces à la fois et à plusieurs personnes simultanément. Enfin ces privilèges, appartenant à la classe de ceux qu'on nomme exorbitants, on ne peut évidemment pas les étendre au delà de ce qui est strictement renfermé dans les termes de la concession, ni les appliquer à des cas nouveaux non prévus par l'indult.

Après avoir rappelé ces principes, venons-en à la solution des questions qui nous sont proposées. Il est évident, à moins que le rescrit de concession ne contienne des clauses qui indiquent le contraire, que, en thèse générale, personne n'est obligé d'user d'un privilège, ni de se servir à la fois de tous les privilèges qui lui ont été accordés. Par conséquent :

Ad I. Notre abonné peut très bien bénir une espèce de scapulaires sans bénir les autres ; en bénir de deux espèces, par exemple, le scapulaire de N. D. du Mont Carmel et le scapulaire de l'Immaculée Conception, sans en bénir des autres espèces.

Ad II. Si l'on bénit des scapulaires d'une seule espèce,

nous croyons préférable d'employer la formule de bénédiction qui est assignée *ad hoc* soit par l'*Appendix* du Rituel Romain, soit par les livres publiés avec l'autorisation des Généraux ou des Supérieurs majeurs des Ordres religieux auxquels ces formules sont propres, soit enfin par des auteurs dont les ouvrages ont été approuvés par la S. R. C. — Nous sommes loin de vouloir prétendre que, même dans ce cas, on ne puisse pas employer la formule approuvée pour la bénédiction simultanée de scapulaires de diverses espèces ; ce que nous condamnerions, ce serait d'omettre dans les oraisons certains mots ou membres de phrase, afin que l'oraison se vérifiât plus littéralement. La S. C. R. s'est toujours opposée à ces retouches ou omissions arbitraires dans des oraisons publiées ou permises par son autorité.

Ad III. Il est évident qu'il vaut mieux, lorsque la chose est possible, que celui qui bénit les scapulaires, les impose individuellement et par lui-même. C'est le rite ordinaire, auquel il n'est dérogé que par indult. Toutefois, si l'indult apostolique est conçu en termes généraux et ne distingue pas entre le temps de mission et le temps ordinaire, les circonstances où il y a foule et celles où un seul fidèle ou un petit nombre de fidèles demandent à recevoir le scapulaire, il sera permis de faire usage de la concession dans tous les cas.

Ad IV. Pour bénir et imposer toute autre espèce de scapulaires, notre abonné devra s'en tenir strictement aux termes de la concession particulière, et par conséquent ne pas s'écarter de la pratique ordinaire. Toute autre manière de procéder rendrait nulles, ou du moins fort douteuses, les bénédictions et les impositions qu'il ferait.

CONSULTATION III.

1° Quand le curé, confesseur ordinaire d'une communauté de filles approuvée par l'Évêque, juge à propos d'accorder à telle ou telle de ces religieuses quelques communions en sus des communions de règle, la Supérieure locale de cette communauté peut-elle, *tuta conscientia*, interdire ces communions pour la seule raison que ces communions sont en dehors de la règle et opposées à la vie commune dans laquelle elle a le devoir de maintenir toutes ses religieuses ?

2° Ici, je confesse les sœurs N*** et leur Supérieure, qui vient de la Maison-Mère, leur défend d'aller à la sainte table le jour où elles vont à confesse, parce que cet usage est établi dans la Maison-Mère. Que faut-il penser de cet usage ? Sur quels principes est-il fondé ?

Resp. ad I. Le décret d'Innocent XI sur la communion quotidienne contient la disposition suivante en ce qui regarde les religieuses :

6. Itidem Moniales quotidie sacram communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ vero puritate mentis eniteant, et fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a *Superioribus* permittatur [1].

En principe donc, les religieuses doivent se contenter des communions de la règle. Ce principe n'est cependant pas immuable. Une exception est inscrite dans le décret même en

(1) Apud Lacroix, *Theologia moralis*, lib. vi, part. i, n. 653 ; Vivam, *Damnatarum thesium theologica trutina*, part. ii, prop. lvi Innocentii XI, n. 13; Pellizzarium, *Tractatio de monialibus*, cap. x, n. 178; Cardenam, *Crisis theologica*, part. iii, disp. lxvi, cap. i, n. 9.

faveur des religieuses que la pureté de conscience et une ferveur insigne rendent dignes d'une communion plus fréquente ou même quotidienne.

Notons toutefois que ce n'est pas à la religieuse elle-même de juger si elle peut s'approcher plus souvent de la sainte table ; le décret exige qu'elles y soient autorisées par leurs *Supérieurs*. Quels sont ces Supérieurs ?

Des Supérieures de communautés religieuses se sont attribué ce droit, comme si les mots *a Superioribus* les visaient. Elles se trompent. Quand on examine bien l'économie du décret de 1679, on s'aperçoit facilement que le juge appelé par Innocent XI à décider de la fréquence des communions, est le confesseur : car cette fréquence dépend de l'innocence de vie et de la ferveur de la religieuse. Le confesseur est certes le plus apte à apprécier les circonstances qui autoriseront ou feront refuser la communion fréquente. Il est donc au premier rang des *Supérieurs* dont la permission est requise.

Il ne peut cependant user de ce droit sans en avoir préalablement conféré avec le Supérieur du couvent, c'est-à-dire avec celui qui a la juridiction ordinaire sur le couvent, et sans en avoir obtenu l'assentiment. C'est ce que la S. Congrégation du Concile a décidé le 14 avril 1725, dans les termes suivants :

I. An et de cujus licentia sacram Eucharistiam recipere debeant Moniales, quæ eam recipere volunt ultra dies statutos a constitutionibus, vel a consuetudine Monasterii, ut in illis omnes Moniales communicent ?

Ad I. De licentia confessarii ordinarii [1], et non Directorum, prævia participatione Prælati ordinarii [2].

(1) En conséquence, la permission du confesseur extraordinaire ne suffirait pas.

(2) *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. III, pag. 218 et 249.

Voilà les seuls juges, appelés par l'Eglise, de la fréquence des communions des religieuses. Il n'est pas au pouvoir de la Supérieure du couvent d'anéantir le droit qu'ils tiennent de l'Eglise. D'où il suit qu'elle ne peut interdire les communions autorisées par eux, du seul chef qu'elles sont en dehors de la règle. En le faisant, elle se rendrait coupable d'une véritable usurpation de pouvoir. C'est un abus intolérable, dit le P. Ballerini [1].

Nous disons : *du seul chef que ces communions sont en dehors de la règle :* car des circonstances peuvent se présenter qui légitimeraient l'interdiction portée par la Supérieure. Par exemple, qu'une religieuse, la veille du jour où le confesseur lui a permis de communier hors des temps de la règle, donne un scandale public à la communauté, soit en manquant de respect ou en refusant d'obéir à la Supérieure, soit en se laissant aller à des emportements en présence de ses consœurs, la Supérieure aurait un juste motif de la priver de la communion [2]. Les sages réflexions du R. P. Gautrelet trouvent naturellement ici leur place.

(1) « Quod vero in re præsenti prorsus intolerabile videri merito debet, illud est, quod facultatem concedendi aut negandi accessum ad sacram communionem temere sibi usurpare non dubitent etiam feminæ, quæ in monasteriis aut pia aliqua Congregatione potestatem forte aliquam exerceant vel in moniales sibi subjectas vel in puellas quæ in iisdem monasteriis educantur, vel etiam mere scholas aut sodalitates ibidem frequentant. Iste nimirum abusus olim jansenianis fraudibus in aliqua Galliæ monasteria invectus, nescio quomodo, haud minima ex parte sensim sine sensu recentiores præsertim feminarum Congregationes pervasit, ut *magisterium spiritus*, ac quemdam veluti *episcopatum* feminæ sibi vindicent... » *Compendium Theologiæ moralis P. Gury*, tom. II, n. 341, not. (*b*).

(2) V. Meynard, *Réponses canoniques et pratiques sur le gouvernement et les principaux devoirs des religieuses à vœux simples*, part. I, n. 228.

Il semblerait au premier coup d'œil que le confesseur seul peut prononcer en cette matière, puisque seul il est juge des dispositions intérieures nécessaires pour s'approcher utilement de la sainte table, et des obstacles qui peuvent exiger qu'on s'en éloigne. La Supérieure néanmoins peut avoir aussi sa part dans cette question. En effet, outre les dispositions intérieures et essentielles dont le confesseur est seul juge légitime, il en est d'autres dont l'absence, sans produire un obstacle substantiel, suffiraient cependant pour qu'il ne convînt pas à celle qui en est dépourvue, de communier. Ainsi, une dissipation extraordinaire, une conduite légère, des impatiences extérieures, des paroles contraires à la charité ou à l'obéissance, etc., surtout s'il y a eu scandale, seraient un motif suffisant pour la Supérieure de défendre quelquefois la communion aux personnes qui tomberaient dans ces fautes. Elle peut aussi restreindre, pour de justes raisons, ce qui paraîtrait trop s'écarter de la voie ordinaire et de la vie commune, ce qui serait contraire à l'esprit de l'ordre, ce qui empêcherait une personne de s'acquitter convenablement de sa charge; mais en tout cela elle doit agir avec beaucoup de réserve, et s'entendre, s'il est possible, avec le confesseur dont elle doit respecter la décision ; elle pourrait lui faire part des choses extérieures dont elle a connaissance, afin qu'il juge lui-même s'il n'y a pas lieu à retrancher la communion ou à diminuer le nombre de celles qui étaient permises [1].

Ce n'est donc que quand elle aura des motifs graves que la Supérieure pourra défendre à la religieuse de s'approcher de la sainte table. En cas de divergence d'opinions avec le confesseur, elle pourra recourir à l'Ordinaire qui décidera.

De son côté, le confesseur agira sagement en suivant la règle donnée par l'annotateur romain de Pellizzarius :

Si autem aliqua sit monialis tali fervore devotionis prædita, ut postulet accedere quotidie ad sacram Christi Mensam, confessa-

(1) *Traité de l'état religieux*, tom. II, *Appendice*, art. II, § VIII, II, 2°, pag. 235.

rius antequam quidquam deliberet, diligenter perpendat. Primo, in quo statu et habitualitate fervoris, caritatis, aliarumque virtutum sit monialis, quæ ad communionem quotidianam petit admitti. Secundo, an adsit ex parte Monasterii aliqua circumstantia, propter quam quotidiana communio possit moniali petenti concedi, vel debeat denegari. Tertio, demum, bene pensatis omnibus, quæ pro utraque parte occurrent ; si monialis ita puritate mentis enituerit, et fervore spiritus ita incaluerit, ut digna quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possit, id illi poterit permittere [1].

Ad II. La réponse à ce doute découle des principes que nous venons de poser. Le motif allégué par la Supérieure n'est d'aucune valeur, et ne repose sur aucun principe théologique. Du moment que la communion en ce jour ne trouble pas l'ordre de la maison, n'empêche pas la ou les communiantes de vaquer à leurs occupations et de remplir leurs devoirs, qu'elles n'ont donné à la Supérieure aucun juste motif de les priver de la communion ; et que, d'un autre côté, le confesseur les en a prudemment jugées dignes, la défense de la Supérieure est arbitraire, et celle-ci commet un véritable abus de pouvoir. Le confesseur ordinaire nous paraît armé d'un pouvoir suffisant pour l'empêcher d'y retomber à l'avenir ; ou s'il craint de compromettre son autorité, qu'il porte la cause au tribunal de l'Evêque, qui entendra les parties, et portera un jugement équitable, lequel ramènera la concorde dans les idées et l'union dans la communauté.

Que ce ne soit pas l'usage dans une Congrégation de communier le jour de la confession, cela n'infirme pas le Décret d'Innocent XI, et ne prive pas les religieuses, qui en sont dignes, du droit que ce Pape leur accorde de communier tous les jours.

(1) *Loc. sup. cit.*

LETTRE DE S. S. LÉON XIII A SON ÉMIN. LE CARDINAL ARCHEVÊQUE DE DUBLIN.

DILECTO FILIO NOSTRO ODOARDO TIT. S. SABINÆ S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MAC-CABE EX APOSTOLICA DISPENSATOINE ARCHIEPISCOPO DUBLINENSI

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Novum argumentum dilectionis et obsequii tui, aliorumque VV. FF. istius regionis Antistitum habuimus in litteris, quas Tu ipsorum mandato et nomine die 4 elapsi octobris ad Nos dedisti, testes egregiæ vestræ voluntatis et grati erga Nos animi, ob eas curas quas de prospera rerum Hiberniæ conditione gerimus, et ob ea consilia quæ per epistolam Nostram die 1 elapsi Augusti datam, gliscentibus isthic popularibus motibus, in bonum dilectorum Nobis filiorum Hiberniæ fidelium præbenda censuimus. Est profecto Nobis causa cur plurimum gratulemur tum Tibi, dilecte Fili Noster, aliisque Hiberniæ Episcopis, videntes quo studio pro ministerii vestri ratione ad sedandas perturbationes patriæ vestræ, et ad dirigendas fidelium vestrorum voluntates incumbatis, tum etiam catholicæ Ecclesiæ Filiis, qui docilitate animi vestras voces excipiunt, et incommoda adversæ fortunæ christiana virtute ferentes, animos suos longius quam officium et religio sinit, temere progredi non patiuntur. Quamquam vero Hiberniæ fideles illustria sui in religionem studii, et in supremum Ecclesiæ Pastorem obsequii testimonia præbeant, postulat tamen adhuc rerum publicarum status ut ea documenta quæ ipsis tradenda pro Nostra in ipsos caritate curavimus, præ oculis fideliter habere pergant, cum pravarum societatum asseclæ, uti elapsis mensibus evenisse do-

luimus, non intermittant spes suas in flagitiis ponere, publicas inflammare cupiditates, et remedia incommodis graviora quærentes ea grassari via, quæ ipsorum cives non ad salutem sed ad perniciem adducit. Hinc opus est ut firmiter insideat istius populi fidelis animis, uti jam memoravimus, unam eamdemque utilitatis ac honestatis esse regulam ; justam patriæ causam ab studiis, consiliis, operibus iniquarum consociationum esse sejungendam; jus fasque esse adversa patientibus jura sua rectis artibus persequi, non item a scelere præsidium mutuari ; ac divina providentia effici ut lætis patientiæ et suarum virtutum fructibus boni fruantur, malos contra vanis laboribus perfunctos gravibus Dei atque hominum judiciis subesse. Dum hæc commemoramus ex ea cupiditate, qua solatium, tranquillitatem, prosperitatem totius Hiberniæ cupimus, minime dubitamus, dilecte Fili Noster, quin Tu Collegæque tui concordibus semper animis et caritate fraterna invicem juncti salutarem operam conferre pergatis, ut Fideles vestri nihil sibi commune esse patiantur cum iis, qui suis cupiditatibus præcipites sese de patria benemereri putant, dum se gravibus sceleribus obstringunt, in eamdem pravitatem alios impellunt, et causæ publicæ turpem labem inurunt. Hoc sacerdotalis zeli ministerio Te nuper præclare perfunctum esse lætamur, dilecte Fili Noster, cum insidias et pericula catholicæ isti juventuti comparata conspiciens, pastoralem epistolam edendam curasti, qua hujusmodi pericula publice denunciares, vigilantiam fidelium acueres, et eorum saluti, nec non religionis et patriæ bono consuleres.

Hæ porro tam graves pastoralis muneris curæ et publica populi Hiberni causa omnino requirunt, ut ecclesiastici ordinis viri sese adjutores præbeant Pastoribus suis, ac ipsis in civium animis moderandis et perturbationibus publicis compescendis suam operam fideliter navent. Verumtamen ad hanc salutarem vim sacri ministerii propriam excercendam, si agatur præsertim de popularibus conventibus in quibus magno animorum æstu de causa publica disceptatur, et civilium concertationum procellæ commoventur, opportunum fore consilium putamus, si firmis iis manentibus

quæ de juniore Clero decrevistis, iis tantum eccclesiasticis viris eosdem conventus adeundi veniam tribuendam censueritis, in quorum potissimum sapientia confiditis, et in quibus maturior ætas ac usus rerum effecit ut prudentia, consilio et auctoritate præstent, ideoque possint præ ceteris concitatæ multitudini ad recta et honesta duces esse, fallacibus improborum judiciis occurrere, officii rationes tueri, ac defensores esse optimi partium optimarum. Hac ratione et via sacerdotalis ordo tamquam in specula communis salutis et in præsidio reipublicæ a Vobis collocatus, magnas patriæ utilitates, in iis quibus jactatur fluctibus, est allaturus.

Hac demum occasione prætermittere non possumus, quin Te, dilecte Fili Noster, aliosque VV. FF. Hiberniæ in partem sollicitudinis Nostræ vocatos peculiaribus commendationis et dilectionis Nostræ sensibus prosequamur, propter eas curas ad causam catholicæ institutionis juventutis vestræ tuendam, et Universitatis catholicæ statum conservandum communi studio contulistis, initis consiliis quæ necessaria et opportuna tum sanæ solidæque doctrinæ adserendæ et custodiendæ, tum ejus fructibus propagandis existimastis.

De sacris autem Seminariis, in eo evigilent cogitationes vestræ, ut diligenter adolescentes ad spem sacerdotii bonis artibus et virtutum exercitatione erudiantur : generatimque cupida philosophiæ juventus instruat sese, quoad opportune fieri potest, Doctoris Angelici disciplina.

Summis autem votis a Deo clementissimo poscentes ut studia, consilia et opera vestra sua potenti gratia provehat, Clerum vestrum validum instrumentum suæ gloriæ efficiat, atque soletur propitius fideles vestros, iisque tribuat ut qui seminant in lacrimis in exsultatione metant, Apostolicam benedictionem præcipuæ Nostræ benevolentiæ testem Tibi, dilecte Fili Noster, cunctisque Hiberniæ Episcopis, nec non Clero et Fidelibus fidei vestræ concreditis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 1 Januarii, anno 1883.

PONTIFICATUS NOSTRI ANNO QUINTO.

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

L'ÉVÊQUE PEUT, EN CAS D'IGNORANCE DE LA PART DES FIDÈLES, OBLIGER LES SIMPLES PRÊTRES A RÉCITER, PENDANT LA MESSE BASSE, L'ABRÉGÉ DE LA DOCTRINE CHRÉTIENNE LES DIMANCHES ET LES FÊTES, MAIS PAS SOUS PEINE DE SUSPENSE.

PINNEN. DOCTRINÆ CHRISTIANÆ. *Die* 29 *Januarii* 1881.

Cum Episcopus coadjutor diœcesis Pinnensis Atriensis presbyteris cujusvis dignitatis missam lectam diebus festis, exceptis nonnullis in suo edicto reservatis, in aliqua ecclesia, vel primam aut ultimam in ecclesiis, in quibus plura sacrificia litantur, celebrantibus obligationem imposuisset in ea perlegendi quosdam articulos doctrinæ christianæ sub pœna determinatæ suspensionis, tum ex parte Capituli cathedralis Pinnensis, tum ex parte quinque Sodalitatum Atriensis civitatis querelæ penes S. V. Ordinem promotæ fuerunt. Exinde causa sub die 20 septembris 1879 discussa fuit sub dubiis : « I. An canonicus, qui divini officii tempore missam lectam celebrat, teneatur legere doctrinam christianam sub pœna suspensionis in casu ? » — II. An sacerdotes missam celebrantes pro confratribus in dictis ecclesiis idem servare teneantur sub pœna suspensionis in casu ? Quibus EE. VV. respondere censuerunt : *Dilata*, prouti Episcopus ipse expostulaverat in limine ferme propositionis causæ.

Ex eo tempore nonnullæ ex parte Episcopi querelæ motæ fuerunt. Nedum enim ipse querebatur de oratoris Capituli allegatione, in qua, retulit, nimis episcopalis despiciebatur auctoritas, de quo postea coram summo Principe, quem Deus diu servet,

quoque lamentatus est ; verum etiam de primo proposito dubio. Aiebat enim malis artibus arenam illam prælectam fuisse, ut Capitulum majori et cum certa spe victoriæ certare posset, dum ipsum nulla detinebatur obligatione adsistendi missæ quæ nullatenus initio officiaturæ celebranda erat, idque pluribus documentis statuere satagebat.

Quamobrem expetebat, ut prius discussio fieret super allato a Capitulo onere... Ex quibus Episcopi litteris nedum præjudicialis exurgebat quæstio in eo consistens, ut prius statueretur num Capitulum onere devinciretur adsistendi missæ lectæ initio officiaturæ, prouti in primitiva instantia exposuerat ; verum etiam alia pertractanda erat quæstio, num videlicet Episcopo jus competeret onerandi canonicos celebratione sacrificii determinata hora in populi commodum. Ambæ tamen propositæ quæstiones evanuerunt, eo quia Capituli procurator super proposito tunc dubio nuncium misit ad quamcumque controversiam obtruncandam, petens ut generice definiretur canonicos ecclesiæ cathedralis Pinnensis quamcumque missam lectam celebrantes minime obligari decretis ab Episcopo latis, legendi nempe doctrinam christianam sub pœna suspensionis. Quare cum ipse actor libellum introductivum judicii permutasset, necesse fuit etiam primum dubium reformare, ideoque aliud eidem suffectum fuit, quod in calce hujus libelli prostat. Præstat itaque modo summatim referre tam ea quæ a Capituli patrono in allegatione distribuenda, quam ea quæ a Confraternitatibus et Episcopo deducta fuerunt.

Observat itaque præprimis Capituli patronus populum Pinnensis diœcesis adeo crassa et generali ignorantia in rebus religionis haud laborare, ut necessaria scitu ad salutem prorsus ignoret ; imo ne se quidem signare sciat crucis signo. Quandoquidem ipsum Episcopum coadjutorem, cum instructioni catechisticæ interfuerit in ecclesia S. Augustini civitatis Pinnensis a parocho traditæ, apprime dignovisse ait pueros ac puellas probe doctrinam catholicam callere ; adultos vero eam pernoscere cognovit, eo quia non admittuntur ad sacramentum matrimonii nisi receperint a parocho attestationem Episcopali Curiæ exhibendam, se esse in

christiana catechesi instructos. Id tantum notat, eos doctrinam christianam addiscere juxta methodum Ven. Card. Bellarmini, prout in Italia fit, non autem juxta methodum ab Episcopo Rossini traditam. Everso itaque fundamento episcopalis decreti, ipsum decretum corruat, necesse esse certat, cum instructio hæc possit et debeat commode præstari a parochis aliisque personis ad parochialia deputatis, minime vero a toto clero.

Paulisper atvero concesso universum populum super fidei rudimentis crassa ignorantia laborare, haud sequi urget universum clerum posse obligatione devinci doctrinam christianam populo tradendi. Canones namque Ecclesiæ, et præcipue Concilium Tridentinum in Sess. 23, cap. 18 ; et Sess. 24, cap. 7, *de Reformat.* de instructione religiosa onerant, præter Episcopum, parochos et alios sacerdotes ad parochialia deputatos, quorum exclusivum jus et onus est in tali instructione insistere. Munus ergo episcopale esse colligit, parochos aliosque sacerdotes ad parochialia deputatos paterne atque efficaciter exhortari, et quatenus id non sufficeret, etiam interminatis pœnis adigere ad suum officium adimplendum. Et profecto urget parochorum multitudinem, sicut et aliorum sacerdotum ad munera parochialia exercenda deditorum talem esse in Pinnensi diœcesi, et præcipue in civitate cathedrali atque in suburbiis, ut satis superque sit pro universi populi instructione religiosa ; dum enim populus civitatis decem millium animarum numerum vix attingit, habentur quinque parochiæ, quarum prima est collegiata, cui quinque parochi inserviunt, et plures existunt cooperatores præsertim pro suburbiis. Queis si addantur illæ personæ, quæ cura municipii adhibentur in instructione religiosa in scholis municipalibus, haberi adfirmat satis copiosam et instructam aciem personarum, quæ sub parochorum dependentia pabulum doctrinæ christianæ populo universo satis abunde præbent.

Quod si aliquando, subdit, propter populi numerum parochi insufficientes reputantur pro hoc sancto opere explendo, tunc minime adigendi sunt simplices sacerdotes ; sed juxta Constitutionem Benedicti XIV. *Etsi minime*, diei 7 februarii 1742, dantur

eis coadjutores clerici, magistri et magistræ scholarum aliique pii laici et sodalitates ad hoc instructæ [1].

Unico tantum in casu, prosequitur, Episcopus alicui sacerdoti imponere onus valet doctrinam christianam tradendi, de quo loquitur Benedictus XIV in citata Constitutione, dum videlicet missa diebus festis celebratur in ecclesiis ruralibus a parochiali longe dissitis, ne populus illis ecclesiis vicinus careat instructione catechismi. At cum nonnulli Episcopi confisi istius Constitutionis auctoritate voluissent id muneris imponere sacerdotibus in quibuscumque ecclesiis celebrantibus et sub pœna suspensionis, S. H. Congregatio non semel consulta, præsertim in *Neritonensi* diei 3 decembris 1757 et 18 februarii 1758 respondit : Sustineri edictum Episcopi quoad ecclesias rurales tantum, sublata pœna suspensionis [2].

In themate autem agi edicit de obligatione tradendi doctrinam christianam ipsis canonicis ecclesiæ cathedralis imposita, qui propter potioritatem beneficii accedunt ad dignitates, ut expresse habet Glossa in cap. 11, *de Rescriptis in VI*, quique nunquam in odiosis cum reliquo clero veniunt ; sed speciali mentione digni sunt. Idque præcipi non in quavi ecclesia rurali a parochiali longe dissita et cum magna populi confluentia, sed in ipsa ecclesia cathedrali nec numerositate populi aucta, sed pene deserta, in qua idem Episcopus coadjutor ægre fert homilias habere ad populum, quia, excepto clero, vix unus aut alter de laicis solet convenire.

Nec demum præterit observare præfixam docendi catechesim methodum minime utilem adinveniri. Consulta siquidem hac de re S. C. Episcoporum et Regularium negotiis præposita die 16 januarii 1590 sequentia decrevit : « Non placet quod doctrina christiana legatur inter missarum solemnia, sed ut cum sonitu campanulæ congregentur pueri post prandium ante vesperas et eam recitent per dialogum. » Quod in omnibus diœcesibus et in

(1) *Bullarium Benedicti XIV*, vol. 1, pag. 225.

(2) *Thesaurus resolutionum S Congregationis Concilii*, tom. XXVI, pag. 112 ; tom. XXVII, pag. 22.

hac alma Urbe observari ait. Confidit propterea EE. PP. propositum primum dubium negativo responso dimissuros esse.

Confraternitatum vero Atriensium Priores primum queruntur de iis, quæ apud S. V. Ordinem contra easdem retulerat Episcopus, profitentes sodales omnes sinceros esse catholicos, atque in omnibus regulam observare proprii instituti, morem jugiter Episcopi præceptis gessisse, rationem de bonorum administratione reddere coactos esse consilio vulgo *delle opere sue*, ceu lex, quæ adhuc viget in Neapolitano Regno, demandabat. Dein quæstionem aggredientes, referunt edita decreta potius esse damnosa quam Atriensibus incolis utilia ; quandoquidem plures abstinent a satisfaciendo dominicali præcepto, eam præcipue ob rationem, ob quam etiam ipsæ Confraternitates amplius Capellanum adinvenire non valent. Edicunt sane : *Il priore de'Cinturati pregò Monsignore di dispensare almeno il sacerdote che celebrava una messa di comodo nel mezzo giorno per gli uomini di affari, e per i contadini reduci dalla campagna dopo il ritorno degli altri di famiglia, ma il Vescovo fu inflexibile, non si celebrò più quella messa, da mancare oggi di ascoltarla più che un migliaio d'individui* [1]... Item : *Non trovansi preti che vogliono assumere l'incarico di capellani col peso di fare la dottrina christiana, e per propri incomodi, e per avanzata età, e per tempo inopportuno, dovendo soddisfare altri obblighi, come quelli corali* [2]. Cum igitur, concludunt, lex non in destructionem, sed in ædificationem ferri debeat, cumque in damnum animarum et Sodalitiorum vertant lata ab Episcopo decreta, prono veluti alveo

(1) « Le prieur de la Confrérie de la Ceinture pria Monseigneur de dispenser au moins le prêtre qui célébrait une messe très avantageuse, vers le milieu du jour, pour les hommes d'affaires et pour les paysans qui venaient de la campagne, après le retour des autres membres de la famille ; mais l'Evêque fut inflexible. Cette messe fut supprimée ; d'où aujourd'hui plus d'un millier d'individus n'y assistent plus. »

(2) « On ne trouve plus de prêtres qui veuillent accepter les fonctions de chapelains avec la charge d'enseigner la doctrine chrétienne, tant à cause des désavantages, que de leur âge avancé, et de l'inopportunité de l'heure, ayant d'autres devoirs à remplir, par exemple celui du chœur. »

fluit eorumdem capellanos, haudquaquam obligari posse lectioni doctrinæ christianæ, quando pro confratribus una congregatis missam celebrare debent.

Nihili tandem faciendas esse ab H. S. Congregatione subdunt quasdam attestationes a Capellanis relictas, quibus ex adverso magnum tribuitur pondus, ut demonstretur profectus populi in perlegenda sacra catechesi divini sacrificii tempore : quandoquidem capellani facta non prouti sunt, retulerunt, sed tantum *hanno firmato, copiando un bozzo presentato dal vicario* [1]. Quod adeo verum esse proclamant, ut iidem *pochissime volte han fatto la dottrina ed alcuni non mai, han veduto le poche volte riuscire di chiesa i fideli, nè certo han potuto fare lo esame ai pochi rimasti* [2].

Hucusque dictis a partibus actricibus obsistit Rmus Episcopus, qui rursus ignorantiam in fidei rudimentis in populo illius diœcesis esse commemorat, ob parochorum ignaviam, paucis exceptis, in negligendo plures per annos sacræ cathechesis atque ipsius Evangelii explanationem, atque subdit suæ curæ pastoralis fuisse subinde efficacia remedia adhibere ad tantum malum aversandum. Methodum autem ab ipso prælectam perutilem esse, nedum comprobat facto aliarum diœcesum quas inter adnumerat Nuscanam, Abellinensem, Tervisinam, Andriensem, Asculanam et Ceriniolensem, Sulmonensem, Ugentinam, etc..., sed in experientia usque huc in Pinnensi diœcesi servata. Populus namque attente dictæ explicationi adsistit, ceu Capellani Confraternitatum Atriensium una echo testantur.

Episcopum autem presbyteros quoscumque compellere posse ad sacram catechesim tradendam etiam in missæ celebratione scatere edicit ex Synodo Romana anno 1725 celebrata.

Quin dicatur, quemadmodum tenet adversarius orator ex reci-

(1) « Ils ont signé, en copiant la pièce à eux présentée par le vicaire. »

(2) « Ils ont donné très peu de fois la doctrine, et quelques-uns ne l'ont jamais donnée. Et pour le peu de fois qu'ils l'ont fait, ils ont vu les fidèles sortir de l'église ; et ils n'ont certainement pas pu examiner ceux qui y étaient restés.

tata Constitutione : *Etsi minime*, Benedicti XIV fel. rec. erui hoc præceptum dari tantum posse presbyteris in ecclesiis ruralibus a parochiali dissitis celebrantibus diebus festis. Huic enim difficultati occurrens Præsul sequentia edicit : « *Nel n.* 15 (recitatæ Constitutionis) *che incomincia* Præterea sua etiam urbes habent impedimenta, *fa rilevare il grandissimo impegno ed interesse che non venga meno giammai l'insegnamento della dottrina cristiana. Laonde è molto consono alla mente del summo Pontefice, che in questa chiesa cattedrale, situata in un estremo della città, nella parte più insolata di tutte le altre, e nella quale concorre per ascoltare la messa almeno il decimo della popolazione, siavi nei di festivi l'insegnamento di quelle cose della dottrina cristiana che il fedele dove conoscere per salvarsi* [1]. »

Omnem sed vero hac super re amaritudinem tolli subdit, si attendatur sapientissimum responsum a S. V. Ordine editum in Civitatis Castellanæ 25 septembris 1762 dub. 2 relatum a Zamboni in sua collectione, verb. *Canonici*, § 6, num. 86 ; ibi : — « Canonici collegiatæ ecclesiæ terræ Stabiæ primam missam sub « aurora celebrantes principaliora fidei mysteria edocere, ita ut « decretum ab Episcopo occasione visitationis editum sustineri « debeat, tenentur [2]. » Nec secus decretum quoad religiosos viros adinvenitur in Ugentina, *Visitationis SS. LL.* diei 2 martii 1861. Agebatur inibi de præcepto facto in synodo diœcesana docendi christianam doctrinam in diebus Dominicis aliisque festis de præcepto in prima missa in omnibus ecclesiis et publicis oratoriis post Evangelium clara et intelligibili voce, sacerdote verbo ad

(1) « Au n. 15, il relève l'obligation et les avantages qui résultent de l'enseignement de la doctrine chrétienne. C'est pourquoi il est tout à fait conforme à l'intention du Souverain Pontife, que dans l'église cathédrale, située à l'extremité de la ville, dans la partie la plus isolée, et à laquelle plus d'un dixième de la population se rend pour entendre la messe, on y donne, aux jours de fête, l'enseignement des vérités que tout fidèle doit connaître pour se sauver. »

(2) V. cette cause dans le *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, t. XXXI, pag. 287.

verbum præveniente, et populo comitante. Porro, cum tali mandato minime adstringi Regulares portendissent utpote ab Episcopi jurisdictione exempti ; hinc ventilata fuerunt sequentia dubia : « I. An Regulares teneantur statutum de quo agitur servare in suis ecclesiis ex vi legis synodalis in casu ? » Et quatenus negative : « II. An cogi ad id possint ab Episcopo uti delegato Sedis Apostolicæ in casu ? » Quibus consultissimum datum fuit responsum : « Ad I et II in proposito casu servetur mandatum Episcopi [1]. » Quod si nulla pœna recitata in synodo contra latum præceptum negligentes statuta fuerat, ex hoc tamen haud moderanda lata ab ipso edicta propugnat. Siquidem in arbitrio legislatoris est sanctionem legi imponere, et hoc ipse peregit, ne de facili latum contemneretur decretum, utens certo mitiori pœna quam ipse Benedictus XIII inculcat in recitata Synodo Romana.

Iis igitur aliisque in præterito folio ex benignitate resumendo deductis, rogantur modo EE. PP. sequentia enodare dubia :

I. An canonici ecclesiæ cathedralis Pinnensis missam celebrantes teneantur legere doctrinam christianam sub pœna suspensionis in casu ?

II. An sacerdotes missam celebrantes pro confratribus in dictis ecclesiis idem servare teneantur sub pœna suspensionis in casu ?

Sacra Congregatio Concilii rescribendum censuit ad I et II : Attentis peculiaribus circumstantiis Episcopus curet, ut in prima et ultima missa tradatur doctrina christiana juxta methodum Bellarmini, ita tamen ut repetatur a populo verbo ad verbum, dempta suspensione. Romæ, 29 januarii 1881.

(1) Cf. *Acta S. Sedis*, vol. II, pag. 184.

DÉCRETS DE LA S. CONGRÉGATION DE L'INDEX.

LIVRES MIS A L'INDEX PENDANT L'ANNÉE 1882.

DECRETA.

Feria II die 3 *aprilis ; Feria II die* 10 *julii ; Feria VI die* 15 *decembris* 1882.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII, Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravæ doctrinæ, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa Christiana Republica præpositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die... damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quæ sequuntur opera :

B.

Bert Paul. *L'instruction civique à l'école.* Ouvrage adopté pour les écoles de la ville de Paris, par Paul Bert, député, membre de l'Institut. Paris, 1882.

Decret. 15 *dec.* 1882.

Borelli Giambatista. *Studi Filosofici Sociali.* I. *La sola possibile Religione dell' avenire.* II. *Appunti sociali sul matrimonio e sulla*

famiglia. Seconda edizione con Appendice. III. *Studi sulla prostituzione*. Roma, 1881.

Decret. 10 *julii* 1882.

C.

Chaillot J. L. *Pie VII et les Jésuites d'après des documents inédits*. Rome, imprimerie Salviucci, 1879.

Decret. 3 *april.* 1882.

Auctor (Chaillot J. L.) Operis cui titulus : *Pie VII et les Jésuites d'après des documents inédits*, prohib. Decret. 3 Aprilis 1882, se subjecit.

Decret. 10 *julii* 1882.

Compayré Gabriel. *Eléments d'instruction morale et civique*, par Gabriel Compayré, député, professeur aux écoles normales supérieures d'instituteurs et d'institutrices. Paris.

Decret. 15 *dec.* 1882.

Coscia Nicola. *Mille dei più originali e concettosi canti populari, serenate, stornelli, strambotti e rispetti che soglionsi alternare fra innamorati delle campagne italiane nelle sfide, nelle veglie, nei balli, scelti e portati alla comune intelligenza*. Roma, tipografia Adolfo Paolini, 1882. Decret. S. Offic. fer. IV, 1 Februarii 1882. Auctor laudabiliter se subjecit et opusculum reprobavit.

Decret. 3 *april.* 1882.

G.

G. D. M. *Vita di Martin Lutero*. Roma, libreria di Alessandro Manzoni, 1882.

Decret. 3 *april.* 1882.

Gregorovius H. *Alenaide, storia di una Imperatrice Bizantina*. Versione dal tedesco di Raffaele Mariano, Roma, 1882.

Decret. 10 *julii* 1882.

Id. *Nelle Puglie.* Versione dal tedesco di Raffaele Mariano con noterelle di viaggio del traduttore. Vol. unico. Firenze, G. Barbera editore, 1882.

Decret. 15 *decemb.* 1882.

Gréville Henry. *Eléments d'instruction morale et civique des jeunes filles*, par M^me^ Henry Gréville. Paris, 1882.

Decret. 15 *decemb.* 1882.

H.

Herzen A. *Prolégomènes a la Psychogénie moderne.* Traduit de l'italien par A. Herzen. Paris, 1880.

Decret. 3 *april.* 1882.

M.

Mamiani Terenzio. *Delle Questioni Sociali e particolarmente dei Proletari e del Capitale, libri tre.* Roma, 1882.

Decret. 10 *julii* 1882.

Mauro Salvator. *Riproduzione di un discorso recitato da Monsignor Genuardi, Vescovo di Acireale, con note dedicate all' Illmo e Revmo Monsignor Guarino, Arcivescovo di Messina.* Catani, 1882, prohibit. Decret. S. Offic. die 19 Julii 1882[1]. Auctor hujus Opusculi (qui fuit sacerdos Salvator Mauro) laudabiliter se subjecit et illud reprobavit.

Decret. 15 *decemb.* 1882.

R.

Renan Ernest. *Marc-Aurèle et la fin du monde antique.* Paris, Calman Lévy, éditeur, 1882.

Decret. 3 *april.* 1882.

(1) V. ce décret, ci-après, pag. 581.

Id. *L'Ecclésiaste traduit de l'Hébreu avec une étude sur l'âge et le caractère du livre.* Paris, 1882.

Decret. 10 *julii* 1882.

S.

Siciliani Pietro, professore di Filosofia nella R. Università di Bologna. *Sul rinnovamento della Filosofia positiva in Italia.* Vol. unico. Firenze, 1871.

Id. *La critica nella Filosofia zoologica del XIX secolo, dialoghi.* Napoli, 1876.

Id. *Socialismo, Darwinismo, Sociologia moderna.* Seconda edizione accresciuta di un nuovo lavoro ; *Le questioni contemporanee.* Bologna, 1879.

Id. *Prolégomènes à la Psychogénie moderne.* Traduit de l'Italien par A. Herzen. Paris, 1880.

Id. *Teorie sociali e socialismo. Conversazione epistolare con Bonelli.* Firenze, 1880.

Id. *Della Psicogenia moderna in servigio degli studi biologici, storici e sociali.* Terza edizione ampliata con ritratto dell' autore e prefazione di Jules Soury. Bologna. 1882.

Decret. 3 *april.* 1882.

Steeg Jules. *Instruction morale et civique. L'Homme, le Citoyen, à l'usage de l'enseignement primaire.* Ouvrage rédigé conformément au programme officiel, etc., par Jules Steeg, député de la Gironde. Paris, 1882.

Decret. 15 *decembr.* 1882.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis prædicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub pœnis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPÆ XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari præcepit. In quorum fidem etc.

Datum Romæ die..... 1882.

FR. THOMAS Mª CARD. MARTINELLI, Præfectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri, *Ord. Præd.*
S. Ind. Congreg. a Secretis.

Loco † sigilli.

Die..... ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia, *Mag. Curs.*

DÉCRET DE LA SACRÉE CONGRÉGATION DE L'INQUISITION

CONDAMNANT UN OUVRAGE ET ORDONNANT SON INSERTION DANS L'INDEX [1].

DECRETUM.

Feria IV die 19 *Julii* 1882.

Suprema Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Inquisitorum Generalium in Feria IV die 19 Julii 1882 damnavit et proscripsit sicuti damnat et proscribit, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit opusculum cui titulus :

« Riproduzione di un discorso recitato da Monsignor Genuardi « Vescovo di Acireale con Note dedicate all'Illustrissimo e Reve- « rendissimo Monsignor Guarino Arcivescovo di Messina. » Catania, stabilimento tipografico Bellini Largo Spirito Santo numero 15, 1882 [2].

(1) C'est ordinairement la S. Congrégation de l'Index qui est chargée de condamner les ouvrages. De temps en temps cependant on trouve cette besogne confiée à la S. Congrégation de l'Inquisition.

(2) C'est-à-dire : « Reproduction d'un discours prononcé par Monseigneur Genuardi, Evêque d'Acireale, avec notes dédiées à l'illustrissime et révérendissime Monseigneur Guarin, Archevêque de Messine. » Catane, établissement typographique de Bellini, Place du Saint-Esprit, n. 15, 1882.

Eadem die et Feria.

Sanctissimus Dominus Noster D. Leo Divina Providentia Papa XIII audita super prædicto opusculo relatione decretum confirmavit et promulgari mandavit.

Datum Romæ die et Feria quæ supra.

FR. VINCENTIUS LEO SALLUA Ord. Præd.

Archiepiscopus Chalcedonensis,

Commissarius Generalis S. R. et Universalis Inquisitionis.

JUVENALIS PELAMI *S. R. et Univ. Inquisit. Notarius.*

DÉCRETS DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

I.

LE CHAPELET DES ANNONCIADES N'A PAS D'AUTRES INDULGENCES QUE CELLES CONTENUES DANS LE DÉCRET DE BENOIT XIV.

Dans un numéro précédent, interrogés sur la foi que méritait une feuille de propagande qui attribuait des indulgences mirobolantes au Chapelet des Annonciades[1], nous avons répondu que les indulgences annoncées avaient été révoquées par Benoît XIV, qui en avait substitué de nouvelles ; que cette feuille n'étant pas munie de l'approbation requise, tombait sous les règles de l'Index, et qu'en conséquence il est défendu de la tenir, de la lire et de la propager[2].

La nouvelle édition des Décrets authentiques de la S. Congrégation des Indulgences, publiée par ordre de S. S. le Pape Léon XIII, contient une décision récente sur ce point[3], et nous nous empressons de la communiquer à nos lecteurs.

Cum peculiariter onus incumbat Sacræ Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, revocatas, falsas, apocryphas indiscretasque indulgentias detegendi, atque prohibendi, ut quæ veræ sunt a falsis secernantur, accurate ad examen revocato libello, Germanico idiomate conscripto Teschenii in Silesia anno præterito typis dato, cui titulus : *Der Orden des Friedens oder*

(1) On trouvera cette feuille dans notre tome VI, pag. 318.

(2) V. ci-dessus, pag. 448. Cf. notre tome VI, pag. 318 et 540.

(3) *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ,.. edita jussu et auctoritate SSmi D. N. Leonis PP. XIII*, n. 448, pag. 419.

dessen drei Andachten der... Jungfrau Mariæ [1], deprehensum est, in eo contineri indulgentias jamdiu revocatas a s. m. Benedicto XIV per decretum diei 6 Martii 1756, cujus hic tenor :

Sanctissimus [2], etc.

Quapropter ne Christi fideles decipiantur, Sacra eadem Congregatio die 28 Augusti 1879 præfati libelli, ut supra impressi, vel denuo ubicumque imprimendi usum interdixit, illumque prohibuit sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis. Insuper declarando nullis aliis indulgentiis frui posse coronam B. Joannæ Valesiæ recitantes, nisi illis quæ habentur in supra relato Decreto (Bened. XIV).

Datum Romæ, die 28 Augusti 1879.

A. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, Præf.

A. Panici *Secret.*

II.

INDULGENCE DE 100 JOURS ATTACHÉE A UNE PRIÈRE EN L'HONNEUR DE S. JOSEPH.

Beatissimo Padre.

4 Marzo 1882.

